This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

600084468-

LETTERE
DI
M. T. CICERONE

VOL. V.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

M. TVLLII
CICERONIS
EPISTOLAE
QVAE EXSTANT OMNES

ITEM

QVAE VVLGO CICERONIS ET M. BRVTI FERVNTVR

MVTVAE EPISTOLAE

TEMPORVM ORDINE DISPOSITAE

CVRANTE

FRANCISCO BENTIVOGLIO

AMBROSIANI COLLEGII DOCTORE

Vol. V.

MEDIOLANI

APVD A. F. STELLA ET FILIOS

M. D. CCC. XXVIII

LETTERE
DI
M. T. CICERONE
DISPOSTE
SECONDO L'ORDINE DE' TEMPI

TRADUZIONE
DI
ANTONIO CESARI
P. O.
CON NOTE

VOL. V.

MILANO
PRESSO A. F. STELLA E FIGLI
M. D. CCC. XXVIII

294. e. 59.

Excudebat Societas typographica Classicorum Italiae Scriptorum.

BIBLIOTHECA · BODLEIANA ·

LETTERE

DI

M. T. CICERONE

M. TVLLII CICERONIS
EPISTOLAE

CCLI. (Ad Div. XIII, 63)

Argumentum. C. Laenium diligentissime commendat.

Scr. Laodiceae A. V. C. DCCIII, mense Martio.

M. T. CICERO P. SILIO PROPR. S. P. D.

Non putavi fieri posse, ut mihi verba deessent; sed tamen in C. Laenio [1] commendando desunt. Itaque rem tibi exponam paucis verbis [2]; sed tamen, ut plane perspicere possis voluntatem meam. Incredibile est, quanti faciamus et ego et frater meus, qui mihi carissimus est, M. Laenium. Id fit quum plurimis eius officiis [3], tum summa probitate et singulari modestia. Eum ego a me invitissimus dimisi, quum propter familiaritatem et consuetudinis suavitatem, tum quod consilio eius fideli ac bono libenter utebar. Sed vereor, ne iam mihi superesse verba putes, quae dixeram defutura. Commendo tibi hominem, sicut intelligis, me, de quo [4] ea supra scripserim, debere commendare; a teque vehementer etiam atque

LETTERE
DI
M. TULLIO CICERONE

CCLI.
(A Div. XIII, 63)

Argomento. Gli raccomanda C. Lenio con tutto l'ardore.

Scritta a Laodicea l'anno di Roma DCCIII, nel mese di Marzo.

M. T. CICERONE A P. SILIO, PROPRETORE, S.

Io non avrei creduto possibile che parole mi dovesser mancare; e tuttavia elle mi mancano al raccomandarti C. Lenio. Dunque ti sporrò il fatto in due parole; e tuttavia per forma, che tu vedrai, come sole di mezzo dì, quello che io desidero. E' non si può credere stima che io e fratelmo a me carissimo facciamo di M. Lenio; e ciò a cagione sì de' moltissimi suoi servigi, e sì della somma sua probità e singolare modestia. Io dovetti, il più di mal cuore che possa essere, lasciarlo partire; sì per la dimestichezza e per la soavità del nostro usare insieme, come perchè de' suoi fedeli ed utili consigli mi giovava assai volentieri. Ma io non vorrei che tu mi dicessi che io sono soverchio nelle parole, quando io aveva detto che mi sarebbon fallite. Tel raccomando adunque in quel modo che tu vedi convenirmi raccomandare quella persona di cui t'aveva detto siffatte cose; e ti prego con tutto il

etiam peto, ut, quod habet in tua provincia negotii, expedias; quod tibi videbitur rectum esse, ipsi dicas. Hominem facillimum liberalissimumque cognosces. Itaque te rogo, ut eum solutum, liberum, confectis eius negotiis per te, quam primum ad me remittas. Id mihi fratrique meo gratissimum feceris.

CCLII. (Ad Att. VI, 1)

Argumentum. 1 Certiorem facit Atticum, se omnes eius epistolas praeter duas accepisse. 2 Deinde scribit de iniustis Appii querelis; 3 de Bruti mandatis a se curatis, ac primum de pecunia ab Ariobarzane ei debita; 4 de Salaminiorum negotio, qui nomine quidem in Scaptii, revera autem in Bruti aere erant; 5 de suis de Re publica libris, eorumque loco, in quo erat Cn. Flavii mentio facta; 6 de epistolis, quas de rebus suis gestis ad Atticum et publice miserat; 7 de Tulliae elocatione; 8 de Furnii exceptione; 9 de Ciceronibus pueris; 10 de variis Attici mandatis; 11 de Parthico bello; 12 de iurisdictione sua provinciali; 13 de ratione sua publicanos tractandi; 14 de Scipione Metello, qui proavum suum censorem non fuisse nescierat; 15 de Philotimi negotio; 16 de admonitione, qua Atticus Ciceronem ad vigilantiam excitaverat; 17 de M. Octavii et Caelii postulatis; 18 de Leptae gaudio ob Attici epistolam; 19 de salute sibi ab Attici filiola et uxore adscripta. 20 Deinde ad aliam pusillam Attici epistolam respondet. 21 Denique rogat, ut saepe scribat. 22 Quaerit an a Caesare pecuniam extorserit, et, quid Vedius sibi narraverit, exponit; 23 et quid Attico de monumento a se in Academia Athenis faciendo videatur, scire se velle significat.

calor che posso maggiore, che tu dia spaccio alla briga che egli ha nella tua provincia; che gli mostri quello che a te parrà meglio da fare: e tu troverai un uomo piacevolissimo e cortesissimo. Ti prego adunque che disviluppato e libero (data spedizione a' suoi negozi) tu mel rimandi quanto prima è possibile; di che tu farai a me ed al fratel mio il maggior piacere del mondo.

CCLII. (Ad Att. VI, 1)

Argomento. 1 Fa sapere ad Attico, come egli avea ricevuto da due in fuori tutte le sue lettere. 2 Gli tocca poi delle ingiuste querele di Appio; 3 delle commissioni di Bruto da sè fornite, e innanzi a tutte del danaro a lui da Ariobarzane dovuto; 4 dell'affare de' Salaminii, i quali mostravano bene di Scapzio, ma in effetto erano cosa di Bruto; 5 de' suoi libri della Repubblica, e di un luogo in essi dove era fatta menzione di Gn. Flavio; 6 delle lettere circa le cose da sè operate, che avea scritte ad Attico ed al Senato; 7 dell'allogamento di Tullia, 8 e della eccezione posta da Furnio; 9 de' fanciulli Ciceroni; 10 di varie commissioni di Attico; 11 della guerra Partica; 12 della sua giurisdizion provinciale 13 dei modi da lui tenuti co' publicani; 14 di Scipione Metello, il qual non sapeva il suo bisavolo non essere mai stato censore; 15 dell'affar di Filotimo; 16 del ricordo dato da Attico a Cicerone, che tenesse aperti gli occhi; 17 delle dimande di M. Ottavio e di Celio; 18 della allegrezza di Lepta per la lettera di Attico; 19 del saluto mandatogli dalla figliuoletta e dalla moglie di Attico. 20 Risponde quindi all'altra picciola lettera di Attico; 21 e lo prega da ultimo di scrivergli spesso. 22 Gli dimanda se abbia cavato da Cesare il danaro, e gli conta quello che Vedio gli avea narrato; 23 gli mostra voglia di sapere quello che gli paia del monumento che volea porre nell'Accademia d'Atene.

Scr. Laodiceae A. V. C. DCCIII, III Non. Mart.

CICERO ATTICO S.

1 Accepi tuas literas a. d. quintum Terminalia [1] Laodiceae, quas legi libentissime, plenissimas amoris, humanitatis, officii, diligentiae. His igitur respondebo: sic enim postulas; nec οἰκονομίαν meam instituam sed ordinem conservabo tuum. Recentissimas a Cybistris te meas literas [2] habere ais, a. d. X. Kal. Octobres datas; et scire vis, tuas ego quas acceperim. Omnes fere, quas commemoras, praeter eas, quas scribis Lentuli pueris et Equotutico, et Brundisio datas. Quare non οἴχεται tua industria, quod vereris, sed praeclare ponitur; si quidem id egisti, ut ego delectarer. Nam nulla re sum delectatus magis.

2 Quod meam βαθύτητα in Appio tibi, libertatem etiam in Bruto [3] probo vehementer gaudeo: ac putaram secus [4]. Appius enim ad me ex itinere bis terve ὑπομεμψιμοίρους literas miserat, quod quaedam a se constituta rescinderem. Vt si medicus, quum aegrotus alii medico traditus sit, irasci velit ei medico, qui sibi successerit, si, quae ipse in curando constituerit, mutet [5] ille: sic Appius, quum ἐξ ἀφαιρέσεως provinciam curarit, sanguinem miserit, quicquid potuit detraxerit, mihi tradiderit enectam, προσανατρεφομένην eam a

Scritta a Laodicea l'anno di Roma DCCIII, a' 5 di Marzo.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Ho letto con infinito piacere le tue lettere, che in Laodicea ricevetti il quinto giorno de' Terminali [1], pienissime di amore, di umanità, cortesia, diligenza; alle quali risponderò come tu desideri, conservando non la regola da me presa, ma il filo tenuto da te. Tu di', le mie più recenti lettere che ricevesti essere le scritte da Cibistra a' 22 di settembre; e vuoi sapere delle tue quali io ricevessi: pressochè tutte quelle che tu mi noti, da quelle in fuori che tu scrivi d'aver consegnato da Equotutico [2], e da Brindisi a' famigli di Lentulo. Sappi dunque che egli non ti venne perduta, secondo che tu temevi, ma benissimo hai spesa la tua industria, avendo tu voluto darmi diletto: conciossiachè io ne presi tanto, che non mai il maggiore.

2 Ho infinito piacere d'averti fatto lodare la mia sofferenza in Appio, e la libertà eziandio in Bruto; ne temea quasi: conciossiachè Appio m'avea scritto di cammino due o tre volte lettere che sentian di doglianza perchè io tagliassi alcuni suoi ordinamenti. Egli è come se un medico si volesse crucciare con altro medico che all'infermo fosse dato in luogo di lui, perchè egli nella sua cura mutasse alcune delle cose da lui ordinate. Così Appio avendo nella sua provincia adoperata la cura dello scemamento, cavato sangue e succiatone quanto potè, e messalami in mano pelle ed ossa, non può goder di vederla per opera mia rifiorita; ma ta-

me non libenter videt; sed modo succenset, modo gratias agit [6]. Nihil enim a me fit cum ulla illius contumelia. Tantummodo dissimilitudo meae rationis offendit hominem. Quid enim potest esse tam dissimile, quam illo imperante exhaustam esse sumtibus et iacturis provinciam; nobis eam obtinentibus nummum nullum esse erogatum nec privatim, nec publice? Quid dicam de illius praefectis, comitibus, legatis? quid [7] etiam de rapinis, de libidinibus, de contumeliis? Nunc autem domus mehercule nulla tanto consilio, aut tanta disciplina gubernatur, aut tam modesta est, quam nostra tota provincia. Haec [8] nonnulli amici Appii ridicule interpretantur; qui me iccirco putant bene audire velle, ut ille male audiat, et recte facere non meae laudis, sed illius contumeliae causa. Sin Appius, ut Bruti literae, quas ad te misi [9], significabant, gratias nobis agit, non moleste fero; sed tamen eo ipso die [10], quo haec ante lucem scribebam, cogitabam eius multa inique constituta et acta tollere.

3 Nunc venio ad Brutum, quem ego omni studio, te auctore, sum complexus; quem etiam amare coeperam; sed, dico, revocavi me [11], ne te offenderem. Noli enim putare, me quicquam maluisse, quam, ut mandat is, facere [12]; nec ulla de re plus laborasse. Mandatorum autem mihi libellum dedit; iisdemque de rebus tu mecum ege-

lora mi rampogna, talor mi ringrazia: non già che io faccia nulla in istrazio di lui; ma la dissomiglianza della mia condotta è una spina al Messere. E in vero che cosa può essere peggio dissimile di questa? che nel suo governo la provincia fu munta di spese e di guastamenti; nel mio non ebbe, nè quanto al privato, nè quanto al pubblico, da spendere un soldo? Or che dirò io de' suoi prefetti, de' compagnoni, de' legati? Ed aggiugni le ruberie, le sfrenatezze, le contumelie; dove al presente non c'è famiglia (te lo prometto) governata con tanto di senno e con sì buoni regolamenti, nè che sia tanto ammoderata, com'è tutta la nostra provincia. Egli è poi cosa da ridere che alcuni amici di Appio ci fanno questa chiosa, dicendo che io mi studio di acquistar buon nome per accattarlo cattivo a lui; e che bene adopero, non per averne lode io, ma perchè egli ne sia vituperato. Ma sia che vuole: se Appio (come dicono le lettere di Bruto che io ti mando) mi rende grazia, me ne passo leggermente; e tuttavia il dì medesimo che io avanti giorno ti scrivea queste notizie, io facea ragione di alcune cose, ingiustamente da lui ordinate e fatte, annullare.

3 Or vengo a Bruto, il quale sopra li tuoi conforti io ho abbracciato con tutto l'ardore; anzi cominciato ad amarlo: ma... il dico io? mi son raffrenato per non offenderti. E non creder già che io avessi a cuore nè datomi maggior travaglio di nessun'altra cosa che di fare quello che egli aveva raccomandatomi. Or egli mi diede un mezzo tomo di commissioni; ed erano di quelle cose medesime che tu m'avevi toccate. A tutto

ras. Omnia sum diligentissime persecutus. Primum ab Ariobarzane sic contendi, ut talenta, quae mihi pollicebatur [13], illi daret. Quoad mecum rex fuit, perbono loco res erat: post a Pompeii procuratoribus sexcentis premi coeptus [14] est. Pompeius autem quum ob ceteras causas plus potest unus, quam ceteri omnes, tum quod putatur ad bellum Parthicum esse venturus. Ei tamen sic nunc solvitur: tricesimo quoque die talenta Attica XXXIII, et hoc ex tributis; nec id satis efficit in usuram menstruam [15]. Sed Cnaeus noster clementer id fert; sorte caret; usura, nec ea solida, contentus est. Alii neque solvit cuiquam [16], nec potest solvere. Nullum enim aerarium, nullum vectigal habet. Appii instituto tributa imperat. Ea vix, in fenus Pompeii quod satis sit, efficiunt. Amici regis duo tresve perdivites sunt; sed ii suum tam diligenter tenent, quam ego, aut tu. Equidem non desino tamen per literas rogare, suadere, accusare regem. Deiotarus etiam mihi narravit, se ad eum legatos misisse de re Bruti; eos sibi responsum retulisse, illum non habere. Et mehercule ego ita iudico, nihil illo regno spoliatius [17], nihil rege egentius. Itaque aut tutela cogito me abdicare, aut, ut pro Glabrione Scaevola, fenus et impendium recusare [18]. Ego tamen, quas per te Bruto promiseram praefecturas, M. Scaptio, L. Gavio, qui in regno rem Bruti procurabant, detuli. Nec enim

ho dato spaccio con la maggior diligenza. Prima ho fatto tanto con Ariobarzane, che numerò a lui que' talenti che a me aveva promesso; e mentrechè il Re è stato meco, le cose erano in bonissimo stato; ma poi da infiniti procuratori di Pompeo fu cominciato serrargli i panni addosso. Ora Pompeo può egli solo più che tutti gli altri insieme, per mille ragioni, ed anche perchè si crede lui dover essere alla guerra de' Parti. Or a lui si fanno i pagamenti per questo modo: al fine di ciascun mese trentatrè talenti attici, e ciò raccoglie dalle gabelle; e non è tanto all' usura mensuale. Ma il nostro Gneo se la piglia consolata; non può avere il capitale, e si sta contento alla usura [3], che non è intera; a nessùn altro nè paga, nè può pagare: chè e' non ha cassa nè gabella di sorta. Ad esempio di Appio mette balzelli; e non ne cava pur tanto, che sopperisca all' usura di Pompeo. Esso Re ha due o tre amici traricchi; ma egli si tengono il fatto loro in mano, come me e te. Io non rifino però di pregarlo con lettere, persuaderlo, morderlo. Anche Deiotaro mi contò d' avergli mandato legati per l' affare di Bruto; e gli riportarono questa risposta, lui esser bruciato: ed in buona verità io medesimo così credo, non essere cosa più diserta di quel regno, niente più in camicia di quel Re 4. Il perchè io fo ragione di rinunziare quella tutela, o, come fece Scevola per Glabrione, protestare il nulla della sorte degli interessi [5]. Ora, secondo che io aveva per mezzo tuo promesso a Bruto, ho dato la soprintendenza a M. Scapzio ed a L. Gavio, da che e' non mercatavano nella mia pro-

in provincia mea negotiabantur. Tu autem meministi, nos sic agere, ut, quot vellet, praefecturas sumeret, dum ne negotiatori [19]. Itaque duas ei praeterea dederam. Sed ii, quibus petierat, de provincia decesserant.

4 Nunc cognosce de Salaminiis: quod video tibi etiam novum accidisse, tamquam mihi [20]. Numquam enim ex illo audivi, illam pecuniam esse suam. Quin etiam libellum ipsius habeo, in quo est: *Salaminii pecuniam debent M. Scaptio et P. Matinio, familiaribus meis.* Eos mihi commendat; adscribit etiam, et quasi calcar admovet, intercessisse [21] se pro iis magnam pecuniam. Confeceram, ut solverent, centesimis sexennii ductis cum renovatione singulorum annorum [22]. At Scaptius quaternas postulabat. Metui, si impetrasset, ne tu ipse me amare desineres. Nam ab edicto meo recessissem, et civitatem, in Catonis et in ipsius Bruti fide locatam [23], meisque beneficiis ornatam, funditus perdidissem. Atque hoc tempore ipso impingit mihi epistolam Scaptius Bruti, rem illam suo periculo esse [24]; quod nec mihi umquam Brutus dixerat, nec tibi: etiam, ut praefecturam Scaptio deferrem. Id vero per te exceperamus, ne negotiatori: quod si cuiquam, huic tamen non. Fuerat enim praefectus Appio; et quidem habuerat turmas equitum, quibus inclusum in curia senatum Salamine obsederat, ut fame senatores

vincia; e tu dei bene ricordarti come andò il fatto, che egli avesse a mano quante soprintendenze voleva, sì veramente che a mercante non le avesse conferite: e però due sopra le altre glien'avea date; ma quelli per li quali le avea dimandate, erano usciti della provincia.

4 Or abbiti il fermo circa i Salaminii: poichè veggo che così a te, come a me la bisogna riuscì nuova; da che io non seppi da lui mai quel danaro esser suo: anzi tengo tuttavia il suo memoriale, che dice: *I Salaminii sono debitori a M. Scapzio ed a P. Matinio, miei amici.* Egli me li raccomanda, ed aggiugne, quasi con una spronata, sè essere per loro entrato pagatore di quella somma. Io gli avea condotti ad esser contenti di pagare l'uno per cento di sei anni, colla sopr'usura di ciascun anno; ma Scapzio volea il quattro. Se egli l'avesse ottenuto, io temea di non perdere l'amor tuo: chè avrei operato contro l'editto mio, e messa nell'ultimo fondo una città posta sotto la protezion di Catone e di Bruto [6] medesimo, ed a cui io aveva fatto di grandi beni. Ed in questo medesimo tempo Scapzio mi caccia in mano una lettera di Bruto, che quella bisogna l'avea presa sopra di sè; il che nè a me nè a te avea detto mai; ed anche, che io a Scapzio concedessi la soprintendenza. Or, quanto a ciò, io gli avea posta per mezzo di te l'eccezione: che non ad un trafficante; e se anche a chicchessia, non certo a costui: conciossiachè egli era stato sotto Appio prefetto, e, che è più, aveva avuto delle bande di cavalli, con le quali egli avea tenuto assediato in Salamina il Senato, cotalchè cinque senatori ci moriron di

quinque morerentur. Itaque ego, quo die tetigi provinciam, quum mihi Cyprii legati Ephesum obviam venissent, literas misi, ut equites ex insula statim decederent. His de causis credo Scaptium iniquius de me aliquid [25] ad Brutum scripsisse. Sed tamen hoc sum animo: si Brutus putabit me quaternas centesimas oportuisse decernere, qui [26] in tota provincia singulas observarem, itaque edixissem, idque etiam acerbissimis feneratoribus probaretur; si praefecturam negotiatori denegatam queretur, quod ego Torquato nostro in tuo Laenio [27], Pompeio ipsi in Sex. Statio negavi, et iis probavi; si equites deductos moleste feret: accipiam equidem [28] dolorem, mihi illum irasci, sed multo maiorem, non esse eum talem, qualem putassem. Illud quidem fatebitur Scaptius, me ius dicente, sibi omnem pecuniam ex edicto meo auferendi potestatem fuisse. Addo etiam illud, quod vereor, tibi ipsi ut probem: consistere usura debuit, quae erat in edicto meo. Deponere volebant; impetravi ab Salaminiis, ut silerent [29]. Veniam illi quidem mihi dederunt; sed quid iis fiet, si huc Paullus venerit [30]? Sed totum hoc Bruto dedi, qui de me ad te humanissimas literas scripsit; ad me autem, etiam quum rogat aliquid, contumaciter, arroganter, ἀκοινωνήτως [31] solet scribere. Tu autem velim ad eum scribas de his rebus, ut sciam, quo modo haec accipiat [32]. Facies enim me

fame. Il perchè il dì medesimo che io posi piede nella provincia, essendomi in Efeso venuti incontra i legati di Cipro, mandai ordine che di tratto i cavalli sgombrassero dall'isola. Per queste ragioni dovrebbe Scapzio avere di me scritto a Bruto cose da fuoco. Ma sia che vuole, io sono deliberato: se Bruto giudicherà che io (dopo avere in tutta la provincia mantenuto eziandio con mio editto l'uno per cento, e se ne contentavano eziandio i crudelissimi usurieri) dovea stabilire il quattro, se si dorrà della soprintendenza da me negata ad un trafficante (e già l'avea negata al nostro Torquato nel caso del suo Lenio, e ad esso Pompeo nel caso di Sesto Stazio, e me ne son loro giustificato); se arriccierà il naso pe' cavalli fatti sgombrare, io sentirò bene dolore del cruccio da lui preso contro di me, ma troppo l'avrò maggiore dal non aver trovato lui quale m'immaginava. Ma certo a Scapzio sarà forza di confessare che nel mio governo egli avea per mio editto libera copia di portarsene ogni suo danaro. Anzi aggiungo un'altra cosa, della quale non so se io potrò fare che tu la lodi. Veramente dovea l'usura, secondo la forma del mio editto, rimaner ferma; e' voleano far deposito; ottenni da' Salaminii che stessero cheti, ed eglino mi condiscesero. Or che sarà di loro, venendo qua Paolo? 7 Ma tuttociò ho voluto donare a Bruto, il quale a te scrisse lettere cortesissime della mia persona; e poi a me, eziandio pregandomi di qualcosa, è solito scrivere con arroganza, contumacia, alterezza fuor de' modi d'amico. Or tu, te ne prego, scrivigli ogni cosa detta, e fammi sapere dove lo trovi. Ora di ciò nelle mie ultime lettere t'avea puntualmente

certiorem. Atque hoc superioribus literis ad te diligenter perscripseram: sed plane te intelligere volui, mihi non excidisse illud, quod tu ad me quibusdam literis scripsisses; si nihil aliud de hac provincia, nisi illius benivolentiam, deportassem, mihi id satis esse. Sit sane; quoniam ita tu vis [33]: sed tamen cum eo, credo, quod sine peccato meo fiat. Igitur meo decreto soluta res Scaptio statim [34]. Quam id rectum sit, tu iudicabis; ne ad Catonem quidem provocabo.

5 Sed noli me putare ἐγκελεύσματα illa tua abiecisse, quae mihi in visceribus haerent. Flens mihi meam famam commendasti. Quae epistola tua est, in qua mentionem non facias [35]? Itaque irascatur, qui volet: patiar. Τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ; praesertim quum sex libris [36], tamquam praedibus, me ipsum obstrinxerim, quos tibi tam valde probari gaudeo; e quibus unum ἱστορικὸν requiris [37] de Cn. Flavio Cn. F. Ille vero ante decemviros [38] non fuit: quippe qui aedilis curulis fuerit; qui magistratus multis annis post decemviros institutus est. Quid ergo profecit, quod protulit fastos? Occultatam putant quodam tempore istam tabulam [39], ut dies agendi peterentur a paucis. Nec vero pauci sunt auctores, Cn. Flavium scribam fastos protulisse, actionesque composuisse [40]: ne me hoc, vel potius Africanum (is enim loquitur), commentum putes. Οὐκ ἔλαθέ σε illud de

ragguagliato; ma in ogni modo volli che tu vedessi che e' non mi s'era sdimenticato quello che in certe tue lettere m'avevi scritto: cioè, che se di questa provincia io non n'avessi portato altro che la costui benevolenza, era assai. E sia pure così, da che tu così vuoi; tutttavia s'intenderà, credo io bene, sotto questa condizione, che senza mia colpa si possa fare. Adunque sia di presente, per mio decreto, pagata a Scapzio la somma. Della giustizia di questa cosa non appellerò io al giudizio di Catone, sì al tuo.

5 Ma non ti lasciar credere che io m'abbia gettati dietro que' tuoi conforti, ch'io m'ho chiavati nel cuore. Colle lagrime agli occhi tu mi raccomandavi il mio buon nome: e qual è delle tue lettere che tu non mi ribadisca cotesto chiodo? Adunque chi l'ha per male si scinga, io me ne passerò: avendo io la giustizia per me; massimamente che con sei libri, come con sei mallevadori, io mi sono da me obbligato; i quali io son consolato che tu gli metta in cielo, siccome fai. De' quali tu mi domandi di uno, che è *storico*, intorno a Gneo Flavio figliuol di Gneo. Or egli non fu prima de' decemviri [8], come edile curule che e' fu, il qual magistrato fu instituito molti anni appresso a' decemviri [9]. Or che profitto fece egli a pubblicare i dì della ragione? Credono per un certo tempo essere quell'indico stato occultato, acciocchè da pochi fossero i dì di ragione richiesti: e veramente non sono pochi gli scrittori che affermano, Gneo Flavio aver dato in luce que' giorni, e ordinate le regole della ragione [10]; che già tu non credessi aver io, o piuttosto l'Africano (da che quivi egli parla) trovatasi egli cotesta cosa. Non ti fuggì d'occhio

gestu histrionis; tu sceleste suspicaris, ego ἀφελῶς [41] scripsi.

6 De me imperatore scribis te ex Philotimi literis cognosse. Sed credo te, iam in Epiro quum esses, binas meas [42] de omnibus rebus accepisse, unas a Pindenisso capto, alteras a Laodicea, utrasque tuis pueris datas. Quibus de rebus, propter casum navigandi, per binos tabellarios misi [43] Romam literas publice.

7 De Tullia mea tibi assentior; scripsique ad eam, et ad Terentiam, mihi placere [44]. Tu enim ad me iam ante scripseras: *ac vellem te in tuum veterem gregem retulisses* [45]. Correcta vero epistola Memmiana nihil negotii fuit. Multo enim malo hunc a Pontidia, quam illum a Servilia [46]. Quare adiunges Aufium nostrum, hominem semper amantem mei; nunc, credo, eo magis, quod debet etiam fratris Appii [47] amorem erga me cum reliqua hereditate crevisse; qui declaravit, quanti me faceret, quum saepe, tum in Bursa [48]. Nae tu me solicitudine magna liberaris.

8 Furnii exceptio [49] mihi non placet. Nec enim ego ullum aliud tempus timeo, nisi quod ille solum [50] excipit. Sed scriberem ad te de hoc plura, si Romae esses. In Pompeio [51] te spem omnem otii ponere non miror: ita res est; removendumque censeo illud *dissimulantem* [52]. Sed enim, οἰκονομία si perturbatior est, tibi assignato: te enim sequor σχεδιάζοντα [53].

quel tratto del gesto dell'Istrione [11]. Or tu ci hai fatto un malizioso comento, dove io ho scritto semplicemente.

6 Tu mi scrivi che dell'esser io gridato imperadore fosti informato per le lettere di Filotimo; ma credo io bene che tu, essendo tuttavia in Epiro, abbi ricevuto due mie che parlavan di tutto: l'una da Pindenisso già preso, l'altra da Laodicea, ambedue consegnate a' tuoi famigli; delle quali cose, attesi gli accidenti del mare, mandai a Roma il dispaccio per due corrieri.

7 Quanto alla mia Tullia, io sono con te; ed a lei medesima ed a Terenzia ho scritto che mi piaceva, da che tu m'avevi già innanzi scritto così: *Ed avrei amato che tu ti fossi ricolto all' antico tuo gregge* [12]. Or corretta la lettera circa Memmio, e' non ci fu punto bisogno di fregagioni: chè troppo amo io meglio questo offerto da Pontidia, che l' altro da Servilia. Il perchè ti acconterai con Aufio nostro, il quale avendomi sempre amato, mi amerà, credo, ora troppo più; perchè con l'altre sostanze del fratello Appio [13] mi dee altresì l'amore verso di me da lui ereditato. Egli mostrò bene stima che avea di me assai delle volte, ed in ispezieltà nel fatto di Bursa [14]. In mia coscienza tu m'avrai cavato d'una gran pena.

8 Non mi piace la eccezione posta da Furnio [15]: da che io non temo di nessun altro tempo, che appunto di quello che egli eccettua, senza più. Ma in questo proposito io sarei più lungo, se tu fossi in Roma. Non mi meraviglio che tu ogni speranza di riposo metta in Pompeo. La cosa è qui: io pertanto io giudico da levar via quel *che dissimula* [16]. Or se l'ordine di questa lettera è alquanto confuso, dinne mia colpa; chè io tengo dietro a te, che scrivi alla ventura.

9 Cicerones pueri amant inter se, discunt, exercentur: sed alter [54], uti dixit Isocrates in Ephoro et Theopompo, frenis eget, alter calcaribus. Quinto togam puram Liberalibus [55] cogitabam dare. Mandavit enim pater. Ea sic observabo, quasi intercalatum non sit [56]. Dionysius mihi quidem in amoribus est. Pueri autem aiunt, eum furenter irasci. Sed homo nec doctior [57], nec sanctior fieri potest, nec tui meique amantior.

10 Thermum, Silium [58] vere audis laudari. Valde se honeste gerunt. Adde M. Nonium, Bibulum; me, si voles. Iam Scrofa, vellem [59], haberet, ubi posset. Est enim lautum negotium. Ceteri infirmant πολίτευμα Catonis [60]. Hortensio quod causam [61] meam commendas, valde gratum. De Amiano [62], spei nihil putat esse Dionysius. Terentii nullum vestigium agnovi. Moeragenes certe periit. Feci iter per eius possessionem, in qua animal reliquum nullum est. Haec non noram tum, quum cum Democrito tuo [63] locutus sum. Rhosiaca vasa mandavi [64]. Sed heus tu, quid cogitas? in felicatis lancibus [65] et splendidissimis canistris, olusculis nos soles pascere; quid te in vasis fictilibus appositurum putem? Κέρας; [66] Phemio mandatum est: reperietur; modo aliquid illo dignum canat.

11 Parthicum bellum impendet. Cassius ineptas

9 I fanciulli Ciceroni si voglion bene fra loro, imparano, si esercitano; ma l'uno (come disse Isocrate a conto di Eforo e di Teopompo) ha bisogno di freno [17], l'altro di sprone. Io facea ragione di dare a Quinto la toga schietta il dì della festa di Bacco [18]; chè così mi ordinò il padre. Serverò esso giorno, come se niun altro fosse stato aggiunto. Io sono cotto fradicio di Dionisio; ma i fanciulli dicono che egli salta sulla bica ed infuria. Il fatto è, che e' non è uomo più dotto, più costumato, nè più amante di me e di te, che sia egli.

10 Se tu odi che io mi lodo assai di Termo e di Silio [19], tu odi il vero: così si portano santamente; e ci puoi aggiungere M. Nonio [20] e Bibulo, e me, se ti par bene. Così avesse Scrofa il campo [21] dove potrebbe mostrarsi: esso è affare bene da ciò [22]. Gli altri allentano i nervi della *Repubblica* di Catone. Ho gran piacere che tu tenga ad Ortensio raccomandata la causa mia. Quanto ad Amiano, Dionisio fa l'affare spacciato. Di Terenzio non trovai pure un'orma. Meragene [23] è fuor di dubbio sul lastrico; io sono passato pe' suoi poderi, dove non vidi pure ugna di bestia alcuna; la qual cosa non sapeva io, quando col tuo Democrito ne parlai. Ho ordinato i vasi Rosiachi [24]. Ma che vuol dir, sozio? tu eri solito trattarmi a piccioli camangiari in piatti di pregio, e splendidissimi panieri [25]; or che m'aspetto io adesso, che vuoi usare stoviglie? Fu ordinato il corno per Femio; si farà di sbucarlo. Or a lui tocca cantar in modo che sia da quello.

11 La guerra de' Parti ci sta in capo. Cassio mandò

literas [67] misit. Necdum Bibuli erant allatae: quibus recitatis, puto fore, ut aliquando commoveatur senatus. Equidem sum in magna animi perturbatione [68]. Si, ut opto, non prorogatur nostrum negotium: habeo Iunium et Quintilem in metu. Esto; duo quidem menses sustinebit Bibulus. Quid illo fiet, quem reliquero [69], praesertim si fratrem? quid me autem, si non tam cito decedo? magna turba est. Mihi tamen cum Deiotaro [70] convenit, ut ille in meis castris esset cum suis copiis omnibus. Habet autem cohortes quadringenarias nostra armatura xxx [71]; equitum CIↃ CIↃ. Erit ad sustentandum, quoad Pompeius veniat; qui literis, quas ad me mittit, significat, suum negotium illud fore. Hiemant in nostra provincia Parthi. Exspectatur ipse Orodes [72]. Quid quaeris? aliquantum est negotii.

12 De Bibuli edicto, nihil novi [73], praeter illam exceptionem, de qua tu ad me scripseras: *nimis gravi praeiudicio* [74] *in ordinem nostrum.* Ego tamen habeo ἰσοδυναμοῦσαν, sed tectiorem [75], ex Q. Mucii P. F. edicto Asiatico: *extra quam si ita negotium gestum est, ut eo stari non oporteat, ex fide bona:* multaque sum secutus Scaevolae; in iis illud, in quo sibi libertatem censent Graeci datam, ut Graeci inter se disceptent suis legibus. Breve autem edictum est propter hanc meam διαίρεσιν, quod duobus generibus edicendum pu-

avvisi ben sciocchi; que' di Bibulo non furono ancora consegnati; letti questi, ben dovrebbe il Senato scuotersi finalmente. Ti prometto io, sono assai dell'animo rovesciato. Se all'affar mio, come desidero, non è tirato il collo, giugno e luglio mi fanno temere. Ma sia pur come vuoi: certo Bibulo terrà in collo due mesi; e or che fia di colui che io lascierò, massime se 'e' sarà il fratello? E che di me, se debbo indugiar la partenza? io sono forte combattuto. Tuttavia io sono accordato con Deiotaro, che egli con tutte sue truppe sarebbe al mio campo. Egli ha trenta bande di quattrocent'uomini armati alla romana, e dumila cavalli. Avremo da sostenerci finchè venga Pompeo, il qual mi scrive l'affare dover esser posto in sua mano. I Parti svernano nella nostra provincia; è aspettato esso Orode. In somma: c'è suo ben da fare.

12 L'editto di Bibulo non ha una sillaba di nuovo, salvo quella eccezione la quale (come tu mi scrivesti) *era di troppo grave pregiudizio all' ordine nostro* [26]. Tuttavia io ne ho un'altra della forza medesima, ma più coperta, tolta dall'editto Asiatico di Q. Mucio figliuol di Pubblio: *Salvo se la bisogna andò in modo che in buona coscienza non possa passarsi;* ed in molte cose ho preso da Scevola, come in questa, colla quale pare a' Greci essere loro donata la libertà; che i Greci facciano loro liti secondo le proprie leggi. Ora l'editto è breve, per lo compartimento da me fattone in due

tavi: quorum unum est provinciale [76], in quo est de rationibus civitatum, de aere alieno, de usura, de syngraphis; in eodem omnia de publicanis [77]: alterum, quod sine edicto satis commode transigi non potest, de hereditatum possessionibus, de bonis possidendis, vendendis, magistris faciendis [78]: quae ex edicto et postulari et fieri solent. Tertium, de reliquo iure dicundo, ἄγραφον [79] reliqui. Dixi me de eo genere mea decreta ad edicta urbana accommodaturum: itaque curo, et satisfacio adhuc omnibus. Graeci vero exsultant, quod peregrinis iudicibus [80] utuntur. Nugatoribus quidem, inquies. Quid refert? tamen se αὐτονομίαν adeptos putant. Vestri enim [81], credo, graves habent, Turpionem sutorium, et Vettium mancipem.

13 De publicanis quid agam, videris quaerere. Habeo in deliciis, obsequor, verbis laudo, orno; efficio, ne cui molesti sint. Τὸ παραδοξότατον, usuras eorum, quas pactionibus [82] adscripserant, servavit etiam Servilius. Ego sic: diem statuo satis laxam [83]; quam ante si solverint, dico me centesimas ducturum; si non solverint, ex pactione [84]. Itaque et Graeci solvunt tolerabili fenore; et publicanis res est gratissima. Sic illa iam habent pleno modio, verborum honorem, invitationem crebram [85]. Quid plura? sunt omnes ita mihi familiares, ut se quisque maxime putet. Sed tamen μηδὲν αὐτοῖς [86]. Scis reliqua.

parti; delle quali l'una sguarda la provincia, e tratta delle ragioni delle città, dell'usura, de' debiti, delle scritte; e v'è anche il fatto de' gabellieri: l'altra (che senza editto non si può così bene effettuare) de' possessi delle eredità, del possedere de' beni, del venderli, del creare i capomastri degl'incanti; le quali cose sono usate richiedersi e farsi in virtù d'editto. La terza, che è dell'altre maniere del render ragione, nol volli scrivere. Ho promesso di accomodare in questo genere i miei decreti agli editti urbani; e così mantengo, e sino al presente ne mando tutti contenti. Ma i Greci gongolano dell'aver giudici pellegrini [27]. Giudici da commedia, dirai tu. Che monta questo? e si credono però aver acquistato diritto ad usar loro leggi. Là dove i tuoi Romani ne hanno, credo io, di gravi [28]: un Turpione di casa ciabattina [29], e Vezzio rivenditore [30].

13 Parmi udirti: Come ti porti co' pubblicani? Fo loro carezze, vo' loro a' versi, li lusingo, li rincalzo, li ritengo da gravare nessuno: cosa da non credere, che alle usure sottoscritte nelle lor convenzioni ci sta esso Servilio [31]. Io poi tengo questo modo: Pongo il termine alla larga, anticipando il pagamento, prometto loro di tirarlo ad uno per cento; se no, stieno allo scritto. Adunque i Greci pagano usure discrete, e' pubblicani l'hanno a bocca baciata; chè e' ne guadagnano. Altresì questo, che io colmo loro lo staio delle onoranze, gli invito spesso a pranzo. Per recare a poche le molte parole, tutti hanno preso meco dimestichezza per forma, chè ciascuno si reputa un gran fatto, e tuttavia niente loro [32]. Sai il resto.

14. De statua Africani (ὢ πραγμάτων ἀσυγκλώστων [87]! sed me id ipsum delectavit in tuis literis), ain' tu? Scipio [88] hic Metellus proavum suum nescit censorem non fuisse? Atqui nihil habuit aliud inscriptum, nisi COS., ea statua, quae ad Opis per te posita in excelso est. In illa item, quae est ad Πολυδεύκους, hercule inscriptum est, COS., quam esse eiusdem, status, amictus, annulus, imago ipsa declarat. At mehercule ego quum in turma inauratarum equestrium, quas hic [89] in Capitolio posuit, animadvertissem in *SERAPIONIS* subscriptione Africani imaginem, erratum fabrile putavi; nunc video Metelli. O ἀνιστορησίαν turpem! Nam illud de Flavio et fastis, si secus est [90], commune erratum est; et tu belle ἠπόρησας, et nos publicam prope opinionem secuti sumus, ut multa apud Graecos. Quis enim non dixit, Εὔπολιν, τὸν τῆς ἀρχαίας, ab Alcibiade, navigante in Siciliam, deiectum esse in mare? Redarguit [91] Eratosthenes. Adfert enim, quas ille post id tempus fabulas docuerit. Num iccirco Duris Samius [92], homo in historia diligens, quod cum multis erravit, irridetur? Quis Zaleucum [93] leges Locris scripsisse non dixit? Num igitur iacet Theophrastus, si id a Timaeo, tuo familiari [94], reprehensum est? Sed nescire, proavum suum censorem non fuisse, turpe est; praesertim quum post eum consulem, nemo Cornelius, illo vivo, censor fuerit.

14 Circa la statua dell'Africano (oh guazzabuglio, che tuttavia mi piacque nelle tue lettere) di' tu vero? Or puote essere che questo Scipione Metello non sapesse che il padre del suo avo non fu mai censore? Certo niente altro che COS. ha l'inscrizione della statua [33] che fu per te posta nel tempio di Opi [34] all'alto; e così sotto l'altra che è nel tempio di Polluce [35] è pure scritto COS., la quale esser di lui si pare all'atteggiamento, al vestito, all'anello, alle fattezze [36]. E in buona verità, avendo io, nella folla delle statue equestri dorate, le quali esso Metello collocò nel Campidoglio, veduta sopra la base colla scritta di *SERAPIONE* [37] l'imagine dell'Affricano, l'ho creduto fallo dello scarpellino. Or veggo essere di Metèllo. O goffa ignoranza di storia! Imperocchè la cosa di Flavio e de' fasti (se ella sta altrimenti) egli è un fallo comune; e tu medesimo bravamente ne dubitasti, e noi ci lasciammo per poco ire presi alle grida, come molti esempi sono de' Greci. Imperocchè chi è stato che non abbia detto Eupoli nella vecchia tragedia [38] essere stato da Alcibiade, che navigava in Sicilia, gettato in mare? Eratostene [39] smentì il fatto, recando in mezzo le commedie che egli compose dopo quel tempo. Or ne va egli perciò colle beffe Duri di Samo [40], storico accurato, per aver fallato co' più? Chi non disse Zeleuco [41] avere dato a' Locri [42] le leggi? Or è per questo uno sciocco Teofrasto, per essere stata la cosa provata falsa da Timeo tuo famigliare? [43] Ma non sapere che un suo padre dell'avo non fu mai Censore, è vergogna; massimamente che, dopo il suo consolato, niun Cornelio, lui vivo, fu mai censore [44].

15 Quod de Philotimo, et de solutione H-S XXDC [95] scribis: Philotimum circiter Kalend. Ianuarias in Chersonesum audio venisse: ac mihi ab eo nihil adhuc. Reliqua mea Camillus scribit se accepisse; ea quae sint, nescio, et aveo scire. Verum haec posterius, et coram fortasse commodius.

16 Illud me, mi Attice, in extrema fere parte epistolae commovit; scribis enim sic: *τί λοιπόν?* deinde me obsecras amantissime, ne obliviscar vigilare, et ut animadvertam, quae fiant [96]. Num quid de quo inaudisti? etsi nihil eiusmodi est. *Πολλοῦ γε καὶ δεῖ.* Nec enim me fefellisset, nec fallet. Sed ista admonitio tua tam accurata, nescio quid mihi significare visa est.

17 De M. Octavio [97], iterum iam tibi rescribo, te illi probe respondisse. Paullo vellem fidentius. Nam Caelius libertum ad me misit, et literas accurate scriptas; sed de pantheris foede, ac civitatibus [98]. Rescripsi, alterum me moleste ferre, si ego in tenebris laterem, nec audiretur Romae, nullum in mea provincia nummum, nisi in aes alienum [99], erogari; docuique, nec mihi conciliare pecuniam licere, nec illi capere: monuique eum, quem plane diligo, ut, quum alios accusasset, cautius viveret. Illud autem alterum, alienum esse existimatione mea, Cibyratas imperio meo publice venari.

15 Quanto a Filotimo, ed al pagamento de' sesterzii cinquecento ottanta mille, io udii dire lui essere venuto nel Chersoneso [45] intorno al capo d'anno; e di lui fino a qui nè una parola. Il rimanente del mio, Camillo mi scrive d'averlo avuto; e non so di che parli, e vorrei ben saperlo. Ma di ciò appresso, e forse più ad agio di presenza.

16 Una cosa mi sconciò, o mio Attico, là verso il fine della tua lettera, dove scrivi così: *Or che resta?* E quindi assai caramente mi scongiuri che io non mi dimentichi di tenere aperti ben gli occhi, e che ponga mente ad ogni cosa che avviene. Or ti venne dunque attinto qualcosa di checchessia? ma già e' debbe essere nulla: chè ne siamo dalla lunga le mille miglia, nè certo mi sarebbe scappato d'occhio, nè scapperà. Tuttavia questo tuo ammonirmi sì risentito m'è paruto voler dire non so che.

17 Ad Ottavio (da capo tel ribadisco) ottimamente facesti di rispondergli come hai fatto. Solo avrei voluto che più risoluto. Imperciocchè Celio mi mandò un suo liberto con lettere di gran premura; ma quanto alle pantere ed alle città, fuor di convenienza [46]. Al primo gli risposi che ben mi dolea di esser qui tra le tenebre sconosciuto, quando in Roma non si sapeva che nella mia provincia non si spendea un soldo, salvo al pagar de' debiti; e gli mostrai che nè a me era lecito negoziare per cavar danari, nè a lui riceverne; ed anche l'ammonii (amandolo io teneramente) che, per aver egli accusato alcuni, gli bisognava vivere a più riguardo [47]. Al secondo gli dissi, essere alieno dalla mia fama comandare che i Cibirati vadano a cacciare pel pubblico [48].

18 Lepta [100] tua epistola gaudio exsultat. Etenim scripta belle est, meque apud eum magna in gratia posuit.

19 Filiola tua [101] gratum mihi fecit, quod tibi diligenter mandavit, ut mihi salutem adscriberes; gratum etiam Pilia; sed illa officiosius, quod mihi, quem numquam vidit [102]. Igitur tu quoque salutem utrique adscribito. Literarum datarum pridie Kal. Ianuar. [103] suavem habuit recordationem clarissimi iurisiurandi: quod ego non eram oblitus. Magnus enim praetextatus [104] illo die fui. Habes ad omnia, non, ut postulasti, χρύσεα χαλκείων [105]; sed paria paribus respondimus.

20 Ecce autem alia pusilla epistola; quam non relinquam ἀναντιφώνητον. Bene mehercule potuit [106] Lucceius Tusculanum; nisi forte: solet enim cum suo tibicine: et velim scire, quis sit status eius. Lentulum quidem nostrum, prae aere [107], Tusculanum proscripsisse audio. Cupio hos expeditos videre; cupio etiam Sextium; adde, si vis [108], Caelium; quibus omnibus est:

αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι.

De Memmio restituendo [109] ut Curio cogitet, te audisse puto. De Egnatii Sidicini nomine, nec nulla, nec magna spe sumus. Pinarium, quem mihi commendas, diligentissime Deiotarus curat graviter aegrum. Respondi etiam minori [110].

18 La tua lettera ha messo in paradiso Lepta [49]; chè ella è scritta assai garbatamente, e me fortemente a lui mette in grazia.

19 Oh quanto mi fu caro che la tua figliuoletta ti raccomandasse con tanto affetto di salutarmi! e così Pilia eziandio; ma la prima fu gentilezza più prelibata, mandar salutarmi, che non mi vide anche mai! Tu dunque farai il medesimo all'una ed all'altro. Sul consegnar la lettera dell'ultimo dell'anno tu ti se' indolciato della rimembranza di quel nobilissimo giuramento, del quale io non m'era dimenticato [50]; perchè in quel dì io fui cima di magistrato [51]. Ho risposto per singula, non, come tu domandasti, barattando oro per rame [52], ma impattandola.

20 Ma ecco l'altra letteruccia, la quale non lascierò io senza risposta. Ben potè, ti prometto, Lucceio il suo Tusculano [53]: se già.... essendo quivi solito passarsela col suo sonator di flauto; e vorrei sapere di suo stato. Ben odo dire che Lentulo nostro pose in vendita il suo Tusculano. Io vorrei veder costoro fuori d'impaccio; e così pure Sestio, e (se vuoi) anche Celio; a' quali tutti si affà questo:

Ben non s'arrischiarono di ricusare, ma e' temettero di ricevere [54].

Credo che tu abbi sentito come Curione pensa di rivocar Memmio [55]. Quanto al credito da Egnazio Sidicino, nè siamo in fondo, nè in porto. Deiotaro fa curare con ogni diligenza Pinario gravemente malato, che tu mi raccomandasti. Ho risposto eziandio alla lettera più picciola.

21 Tu, velim, dum ero Laodiceae, id est, ad Idus Mai., quam saepissime mecum per literas colloquare; et quum Athenas veneris (iam enim sciemus de rebus urbanis, de provinciis [111], quae omnia in mensem Martium sunt collata), utique ad me tabellarios mittas.

22 Sed heus tu, iamne vos a Caesare [112], per Herodem, talenta Attica L extorsistis? in quo, ut audio, magnum odium Pompeii suscepistis. Putat enim, suos nummos [113] vos comedisse; Caesarem in Nemorensi aedificando diligentiorem fore. Hoc ego ex P. Vedio [114], magno nebulone, sed Pompeii tamen familiari, audivi. Hic Vedius venit mihi obviam cum duobus essedis, et rheda equis iuncta, et lectica, et familia magna: pro qua, si Curio legem pertulerit [115], H-S centena pendat necesse est. Erat praeterea cynocephalus in essedo; nec deerant onagri. Numquam vidi hominem nequiorem. Sed extremum audi. Diversatus [116] est Laodiceae apud Pompeium Vindullum: ibi sua deposuit, quum ad me profectus est. Moritur interim Vindullus: quae res [117] ad Magnum Pompeium pertinere putabatur. C. Vennonius domum Vindulli venit; quum omnia obsignaret, in Vedianas res incidit. In his inventae sunt quinque planguncculae [118] matronarum, in quibus una sororis amici tui, hominis bruti, qui hoc utatur [119]; et illius lepidi, qui haec tam negligenter ferat. Haec

21 Ora mentre che io sono qui in Laodicea, cioè fino a' 15 di maggio, avrei caro di aver per lettere tue visite più spesso che possa essere; e venendo tu in Atene, quando ben sapremo de' fatti della città e delle provincie (cose che sono tutte rimesse al marzo), non fallir di mandarmene le novelle.

22 Ma statti: è egli vero che oggimai per opera di Erode [56] voi cavaste di mano a Cesare i cinquanta talenti attici? pel qual fatto, come mi dicono, vi siete nimicato forte Pompeo [57]: da che egli pensa che voi gli abbiate cavato di bocca suo danaro, e che Cesare vorrà essere più riservato nella fabbrica sua nel bosco di Diana [58]. Queste cose ebbi io da P. Vedio, solenne impostore, ma domestico di Pompeo. Questo Vedio mi venne incontro con due carrette [59], e cocchio tirato da cavalli, e lettiga, e grande servidorame; per la quale (se Curione porti la legge) gli converrà pagar di multa cento mila sesterzii [60]; e v'era altresì ad una carretta un cenocefalo [61] ed asini salvatichi altresì. Non conobbi mai maggior birba: ma odi la fine. Albergò in Laodicea in casa di Pompeo Vindullo, dove avea, venendone a me, scaricato giù ogni cosa. In questo mezzo Vindullo morì; il suo avere si dicea dover venire in mano di Pompeo Magno [62]. C. Vennonio viene a casa Vindullo; sigillando ogni cosa, s'abbatte nelle masserizie di Vedio, fra le quali furon trovate cinque figurette di matrone [63]; fra queste una della sorella del tuo amico [64] (uomo veramente bruto) che bazzica con costui, e di quel lepido che così consolatamente si passa di siffatte co-

te volui παρμιατορῆσαι. Sumus enim ambo belle curiosi.

23 Unum etiam velim cogites. Audio Appium προπύλαιον Eleusine facere [120]. Num inepti fuerimus, si nos quoque Academiae fecerimus? Puto, inquies. Ergo id ipsum scribes ad me. Equidem valde ipsas Athenas amo. Volo esse aliquod monumentum. Odi falsas inscriptiones [121] statuarum alienarum. Sed ut tibi placebit: faciesque me, in quem diem Romana incidant mysteria [122], certiorem, et quo modo hiemaris. Cura ut valeas. Post Leuctricam pugnam [123] die septingentesimo sexagesimo quinto.

CCLIII. (Ad Div. XIII, 54)

Argumentum. Gratias Faërno agit, quod liberaliter tractarit Marcilium: deinde petit, ut operam det, ne socrus eius rea fiat.

Scr. Laodiceae A. V. C. DCCIII, mense Mart.

M. T. CICERO THERMO PROPR. [1] S. D.

Quum multa mihi grata sunt, quae tu adductus mea commendatione fecisti; tum in primis, quod M. Marcilium, amici atque interpretis [2] mei filium, liberalissime tractavisti. Venit enim Laodiceam, et tibi apud me, mihique propter te gratias maximas egit. Quare, quod reliquum est, a te peto, quando [3] apud gratos homines beneficium ponis,

se [65]. Credetti bene incidentemente che tu lo sapessi, essendo ambedue noi curiosi come sta bene [66].

23 Ma odine un' altra. Sento dire che Appio si fa in Eleusina [67] un vestibolo: or ci faremmo noi rider dietro a farcene anche noi uno nell' Accademia? [68] Così mi pare, dirai; e tu adunque di ciò medesimo mi scriverai. Certo io amo di forza essa Atene, e ci vorrei porre qualche monumento. Che mal aggiano le bugiarde inscrizioni poste alle statue altrui! [69] Ma starò al piacer tuo; e tu fammi sapere in qual giorno vengano i misteri di Roma, e come tu pensi passare il verno. Abbiti cura. Il dì settecentesimo sessagesimo quinto dalla giornata di Leuttra [70].

CCLIII. (A Div. XIII, 54)

Argomento. Ringrazia Faerno del gentil trattamento fatto a Marcilio; lo prega poi di far opera che la sua suocera non entri in giudizio.

Scritta a Laodicea l' anno di Roma DCCIII, nel mese di Marzo.

M. T. CICERONE A TERMO, PROPRETORE, S.

Molte sono le cose che tu, alla mia raccomandazione, hai fatto di mio piacere; e di queste forse la prima, d' aver liberalissimamente trattato M. Marcilio, figliuolo dell' amico ed interprete [1] mio; di che, venuto egli a Laodicea [2], ed a te sul mio viso, ed a me per rispetto tuo, rese un milion di grazie. Resta dunque che io ti prieghi che, sentendo tu d' aver fatto servigio a grate persone, tu voglia tuttavia più

ut eo libentius his commodes, operamque des, quoad fides tua patietur, ut socrus adolescentis rea ne fiat. Ego quum antea studiose commendabam Marcilium, tum multo nunc studiosius, quod in longa apparitione 4 singularem et prope incredibilem patris Marcilii fidem, abstinentiam, modestiamque cognovi.

CCLIV. (Ad Div. XIII, 57)

Argumentum. Petit, ut Anneium, legatum suum, remittat, eiusque causam Sardianam commendat.

Scr. Laodiceae A. V. C. DCCIII, mense Mart.

M. T. CICERO THERMO PROPR. S. D.

Quo magis quotidie ex literis nuntiisque bellum magnum [1] esse in Syria cognosco, eo vehementius a te pro nostra necessitudine contendo, ut mihi M. Anneium legatum primo quoque tempore remittas. Nam eius opera, consilio, scientia rei militaris, vel maxime intelligo, me et rem publicam adiuvari posse. Quod nisi tanta res eius ageretur, nec ipse adduci potuisset, ut a me discederet, neque ego, ut eum a me dimitterem. Ego in Ciliciam [2] proficisci cogito circiter Kal. Maias. Ante eam diem Anneius ad me redeat oportet. Illud, quod tecum et coram et per literas [3] diligentissime egi, id et nunc etiam atque etiam ro-

di buon animo favorirli, e che dii opera (quanto la tua lealtà sel patisca) che la suocera del giovane non sia citata in giudizio. Io ti avea già prima raccomandato caldamente Marcilio; ma al presente il fo troppo più, chè nel suo lungo servizio ho in lui trovata la singolare e pressochè incredibil fede, disinteresse e modestia di Marcilio suo padre. A Dio.

CCLIV. (A Div. XIII, 57)

Argomento. Lo prega di rimandargli Anneio suo legato, e gli raccomanda la causa di lui per conto de' Sardiani.

Scritta a Laodicea l'anno di Roma DCCIII, nel mese di Marzo.

M. T. CICERONE A TERMO, PROPRETORE, S.

Secondochè ogni dì più chiaro conosco da lettere e da corrieri, che in Siria sta per iscoccar una guerra grandissima, con tanto maggior ardore io ti fo calca per l'intrinsichezza nostra, che tu al più presto debba rimandarmi il legato mio M. Anneio: conciossiachè io veggo troppo l'opera sua, il consiglio e la sperienza delle cose di guerra a me ed alla Repubblica essere necessarie. E credi pure che se non fosse che tanto ci pericolava lo stato suo, nè egli si sarebbe lasciato condurre a lasciarmi, nè io a dargliene la licenza. Io fo ragione di muovermi per la Cilicia intorno al primo di maggio; e prima di quel dì è bisogno che egli sia qui. Quel medesimo di che di presenza e per lettere ti feci ressa sì calda, quel medesimo ti raccomando

go, curae tibi sit, ut suum negotium, quod habet cum populo Sardiano, pro causae veritate, et pro sua dignitate conficiat. Intellexi ex tua oratione, quum tecum Ephesi locutus sum, te ipsius M. Anneii causa omnia velle. Sed tamen sic velim existimes, te mihi nihil gratius facere posse, quam si intellexero, per te illum ipsum negotium ex sententia confecisse. Idque quam primum ut efficias [4], te etiam atque etiam rogo.

CCLV. (Ad Div. II, 11)

Argumentum. 1 Scribit se urbis desiderio, et satietate provinciae teneri; 2 pantheras Caelio ad ludos diligenter curari; 3 denique petit, ut sibi de re publ. diligenter scribat.

Scr. Laodiceae A. V. C. DCCIII, prid. Non. Aprilis.

M. T. CICERO IMP. M. CAELIO, AEDILI CVRVLI, S. D.

1 Putaresne umquam accidere posse, ut mihi verba deessent; neque solum ista vestra oratoria [1], sed haec etiam levia nostratia? Desunt autem propter hanc causam, quod mirifice sum solicitus, quidnam de provinciis [2] decernatur. Mirum me desiderium tenet urbis, incredibile meorum, atque inprimis tui, satietas autem provinciae: vel quia videmur eam famam consecuti [3], ut non tam ac-

ora quanto so e posso più: che tu ti adoperi (salva la verità e dignità tua) che quella briga che egli ha co' Sardiani gli sia spacciata. Essendo io teco in Efeso, ho ben conosciuto dal tuo parlare che tu se' tutto per M. Anneio: tuttavia io vo' che tu creda di non potermi far maggior piacere dello intendere che per opera tua egli abbia cavate felicemente le mani dalla detta faccenda; e ti scongiuro altresì con quanto ho di studio, che al più presto tu gli dia spaccio.

CCLV. (A Div. II, 11)

Argomento. 1 Gli scrive come si consumava di tornare alla città, ed era ristucco di star più in governo; 2 e che avea fatto ben calca per le pantere che Celio voleva pe' giuochi; 3 da ultimo gli domanda novelle accurate de' fatti pubblici.

Scritta a Laodicea l'anno di Roma DCCIII, a' 6 di Aprile.

M. T. CICERONE IMPERADORE A M. CELIO, EDILE CURULE, S.

1 Avrestù mai pensato ch'egli potesse avvenire che a me mancassero le parole? e non pur coteste vostre oratorie, ma eziandio queste grosse nostrali? Or elle per questo mi mancano, perchè sono in pena infinita intorno all'assegnamento delle provincie. Io mi sento uno straordinario desiderio della città, un incredibile altresì de' miei, e di te soprattutto. Di questa provincia poi son ristucco: o ciò avvenga perchè mi pare aver ormai tanta fama che egli è meno da desiderarne

cessio quaerenda, quam fortuna metuenda sit; vel quia totum negotium non est dignum viribus nostris, qui maiora onera in re publica sustinere et possim et soleam [4]; vel quia belli magni timor impendet, quod videmur effugere, si ad constitutam diem [5] decedemus.

2 De pantheris [6], per eos, qui venari solent, agitur mandato meo diligenter; sed mira paucitas est: et eas, quae sunt, valde aiunt queri, quod nihil cuiquam insidiarum [7] in mea provincia, nisi sibi, fiat. Itaque constituisse dicuntur, in Cariam [8] ex nostra provincia decedere. Sed tamen sedulo fit, et in primis a Patisco. Quicquid erit, tibi erit; sed quid esset, plane nesciebamus. Mihi mehercule magnae curae est aedilitas tua. Ipse dies [9] me admonebat. Scripsi enim haec ipsis Megalensibus [10].

3 Tu velim ad me de omni rei publicae statu quam diligentissime perscribas. Ea enim certissima putabo, quae ex te cognoro. Vale.

CCLVI. (Ad Att. VI, 2)

Argumentum. 1 De Q. fratris uxorem dimittendi consilio; 2 de aliquot erratis in libris de Re publ.; 3 de sua in administratione provinciae moderatione et continentia; 4 de spe discessus e provincia; 5 de Bruti cum Salaminiis negotio; 6 de Appii causa, paucisque aliis rebus.

l'accrescimento, che da temerne lo scemo; o perchè tutto questo carico è piccolo alle mie spalle, che di maggiori nella Repubblica possono e sono use di sostenere; o perchè si teme vicina una gran guerra, ed io potrei cessarla, partendo di qua al posto termine.

2 Quanto alle pantere [1], ho dato ordine, e que' che sogliono prenderle ci lavoran di forza; ma non è da credere quanto poche ne sieno: or quelle che ci sono, fanno di forti doglianze che nella mia provincia a nessuno altro che ad esse sole si tendano insidie. Adunque si dice che i' cacciatori sieno deliberati di passar di qua nella Caria: nondimeno ci fanno opera diligente, massimamente Patisco [2]. Checchè avverrà, si farà per te; ma quello che voglia essere, al tutto non so. Credimi: la tua edilità mi sta molto a cuore; il tempo medesimo mi tiene avvertito, dachè scrivo queste cose appunto ne' giorni de' giuochi Megalesi [3].

3 Aspetto di saper da te con tutta accuratezza ogni particolarità della Repubblica; perchè sapendole da te, le avrò per sicurissime. A Dio.

CCLVI. (Ad Att. VI, 2)

Argomento. 1 Scrive come Quinto fratello pensava di rimandarne la moglie; 2 di alcuni sbagli ne' libri della Repubblica; 3 della sua modestia e ritenutezza nel guidar la provincia; 4 della speranza che aveva di spacciarsene; 5 dell'affar di Bruto co' Salaminii; 6 della causa di Appio, e di poche altre cose.

Scr. Laodiceae A. V. C. DCCIII, mense Aprili.

CICERO ATTICO S.

1 Quum Philogenes, libertus tuus, Laodiceam ad me, salutandi causa, venisset, et se statim ad te navigaturum esse diceret: has ei literas dedi; quibus ad eas rescripsi, quas acceperam a Bruti tabellario. Et respondebo primum postremae tuae paginae; quae mihi magnae molestiae fuit; quod ad te scriptum est a Cincio de Statii sermone[1]: in quo hoc molestissimum est, Statium dicere, a me quoque id consilium probari. Probari autem[2]? de isto hactenus. Dixerim me vel plurima vincla tecum summae coniunctionis optare: etsi sunt[3] amoris arctissima: tantum abest, ut ego ex eo, quo adstricti sumus, laxari aliquid velim. Illum[4] autem multa de istis rebus asperius solere loqui, saepe sum expertus; saepe etiam lenivi iratum. Id scire te arbitror. In hac autem peregrinatione, militiave nostra[5], saepe incensum ira vidi, saepe placatum. Quid ad Statium scripserit, nescio. Quicquid acturus[6] de tali re fuit, scribendum tamen ad libertum non fuit. Mihi autem erit maxime curae, ne quid fiat secus, quam volumus, quamque oportet. Nec satis est in eiusmodi re, se quemque praestare[7]: maximae partes istius officii sunt pueri Ciceronis, sive iam adolescentis: quod qui-

Scritta a Laodicea l'anno di Roma DCCIII, nel mese di Aprile.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Essendo Filogene tuo liberto venutone a Laodicea a salutarmi (e dicea che egli stava sul venire per mare a te), gli consegnai questa lettera, che è in risposta alla tua avuta dal messo di Bruto. La prima cosa, rispondo all'ultima faccia di essa tua lettera, nella quale mi die' gran dolore (grandissimo dolore, ti dico) quello che Cincio ti scrisse Stazio aver detto: cioè che quella cotal deliberazione era approvata da me: approvata neh? Sopra questa materia ti basti; chè io vo' che tu sappia che io vorrei anzi a troppi più nodi raggruppata con teco la somma congiunzion nostra (sebbene que' dell'amore sono strettissimi): tanto sono lontano dal desiderare che quello onde noi siamo legati fosse punto punto allentato. Or io l'ho ben sentito assai delle volte per questo conto usar parole assai pungenti; e spesso altresì ho io addolcito il suo sdegno: credo bene che tu tel sappia; ed in questo nostro pellegrinare, o tu voglia dirlo milizia, spesso l'ho veduto adirato, e spesso eziandio rappaciato. Quello che egli s'abbia scritto a Stazio, nol so: questo ben so, checchè egli avesse in questo proposito deliberato di fare, che egli non era da scriverne ad un liberto. Ma lascia far me; niente avverrà fuori del piacer nostro, e della ragionevolezza: non bastando in un affare di questa fatta a ciascun di noi il dar di sè buona pruova. E non era a cui meglio questo uffizio s'appartenesse, che al nostro fanciullo Cicerone, o piuttosto oramai giovanetto; al che in fatti io son solito di confortarlo. Or egli mi pare

dem illum soleo hortari. Ac mihi videtur matrem valde, ut debet, amare, teque mirifice. Sed est magnum illud quidem, verumtamen multiplex pueri ingenium: quo ego regendo [8] habeo negotii satis.

2 Quoniam respondi postremae tuae paginae prima mea; nunc ad primam revertar tuam. Peloponnesias civitates omnes maritimas esse, hominis non nequam [9], sed etiam tuo iudicio probati, Dicaearchi tabulis credidi. Is multis nominibus, in Trophoniana Chaeronis narratione, Graecos in eo reprehendit, quod mare tam secuti sunt [10]; nec ullum in Peloponneso locum excipit. Quum mihi auctor placeret (etenim erat ἱστορικώτατος, et vixerat in Peloponneso), admirabar tamen; et, vix accredens [11], communicavi cum Dionysio. Atque is primo est commotus; deinde, quod tum de isto Dicaearcho [12] non minus bene existimabat, quam tu de C. Vestorio, ego de M. Cluvio, non dubitabat, quin ei crederemus. Arcadiae censebat esse Lepreon [13] quoddam maritimum; Tenea autem, et Aliphera, et Tritia νεόκτιστα ei videbantur; idque τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ confirmabat, ubi mentio non fit istorum. Atque istum ego locum totidem verbis a Dicaearcho transtuli [14]. Phliasios autem dici sciebam: et ita fac ut habeas [15]; nos quidem sic habemus. Sed primo me ἀναλογία deceperat, Φλιοῦς, Ὀποῦς, Σιποῦς; quod Ὀπούντιοι, Σιπούντιοι. Sed hoc continuo correximus.

amar forte la madre, come è suo dovere, e te al possibile; ma egli ha quel suo ingegno, bensì grande, ma versatile; ed io nel tenerlo in sesto ho da fare quanto mi basta.

2 Ora avend'io risposto con questa mia prima faccia all'ultima della tua lettera, mi ricondurrò alla tua prima. Io ho creduto sopra l'autorità delle tavole di Dicearco (non pure non malo scrittore, ma al tuo giudizio degno di fede), tutte le città del Peloponneso essere alla marina. Egli nella narrazion del Trofonio [1] di Cherone [2] da molti lati morde i Greci che tanto amassero il mare, e di tutto il Peloponneso [3] non fa eccezione di sola una terra. Ora sebbene l'autor mi piacesse (chè egli è assai pratico della storia, ed era vissuto nel Peloponneso), tuttavia ne fui maravigliato; e, penando ad aggiustargli fede, comunicai la cosa con Dionigio. E veramente al primo egli ne fu scosso; indi, come colui che di questo Dicearco non avea men buona opinione, che tu ti abbia di C. Vestorio ed io di M. Cluvio [4], non facea difficoltà del dovergli noi credere. Or egli credea Lepreone [5] essere una terra marittima di Arcadia; e Tene [6], Alifera [7] e Trizia [8] le credeva fabbricate di poco tempo; e lo confermava col catalogo delle navi, nel quale di queste terre non è fatto menzione. Adunque cotesto luogo io l'ho a verbo a verbo traslatato da Dicearco. Or io sapea come egli avea nome Fliasi [9]; e tu ritieni pure così, chè così ritengo io medesimo. Se non che alla prima rimasi ingannato dall'analogia di *Flius* con *Opus*, *Sipus*, che dà *Opuntii*, *Sipuntii*. Ma di presente ho corretto.

3 Laetari te nostra moderatione et continentia video. Tum id magis faceres, si adesses. Atque hoc foro, quod egi ex Idibus Febr. Laodiceae [16] ad Kalend. Mai. omnium dioecesium, praeter Ciliciae, mirabilia quaedam effecimus: ita multae civitates omni aere alieno liberatae, multae valde levatae sunt; omnes suis legibus et iudiciis usae, αὐτονομίαν adeptae, revixerunt. His ego duobus generibus [17] facultatem ad se aere alieno liberandas, aut levandas dedi; uno, quod omnino nullus in imperio meo sumtus factus est (nullum quum dico, non loquor ὑπερβολικῶς), nullus, inquam, ne teruncius quidem. Hac autem re, incredibile est, quantum civitates emerserint. Accessit altera [18]. Mira erant in civitatibus ipsorum furta Graecorum, quae magistratus sui [19] fecerant. Quaesivi ipse de iis, qui annis decem proximis magistratum gesserant. Aperte fatebantur. Itaque, sine ulla ignominia, suis humeris pecunias populis retulerunt. Populi autem, nullo gemitu [20], publicanis, quibus hoc ipso lustro nihil solverant, etiam superioris lustri reddiderunt. Itaque publicanis in oculis sumus. Gratis, inquis, viris [21]. Sensimus. Iam cetera iurisdictio nec impedita, et clemens cum admirabili facilitate. Aditus autem ad me minime provinciales [22]. Nihil per cubicularium. Ante lucem inambulabam domi, ut olim candidatus. Grata haec et magna, mihique nondum laboriosa ex illa vetere militia [23].

3 Veggo che tu se' in cielo a cagion della mia moderazione e contegno. Tu ne faresti dieci cotanti più se tu fossi qui. Ora in questo mio tribunale che tenni in Laodicea dal 13 di febbraio al primo di maggio, aperto a tutte le mie partegnenze, tranne que' di Cilicia, io ho operato cose quasi maravigliose: tante sono le città liberate affatto da' debiti, e le alleviate di molto. Tutte queste avendo ottenuto facoltà di governarsi con le loro leggi e tribunali, sono risuscitate. Ora il modo da poter francarsi de' debiti, o d'alleggiarsene, io l'ho dato loro in queste due guise: prima col non dar ad essi nel tempo del mio governo nessuna spesa affatto, nessuna. Quando dico *nessuna,* non parlo per *iperbole:* nessuna, ti dico, nè anche un soldo. Ora per questa via non si può credere quanto le città abbiano cavato fuori la testa. L'altra: sopra ogni estimazione erano le ruberie fatte loro da' Greci medesimi che le avevano amministrate; lo confessarono senza duol di fune. Il perchè, senza riceverne da me alcuna vergogna, riportarono sulle loro spalle a' popoli le loro somme; per lo che i popoli, che a' publicani non avevano di questi medesimi cinque anni pagato un danaio, senza un guaio, sborsarono loro eziandio il pagamento de' cinque passati [10]. Onde i pubblicani son tutti miei. Grate persone! dirai tu. Così gli ho ritrovati. Quanto al resto del mio reggimento, e' non è stato sciocco, ma è pien di clemenza e di mirabile piacevolezza. Far copia di me, non ad uso di provincia; niun cameriere; ma io passeggiava per casa innanzi dì, come già essend'io candidato. Questo contegno fu avuto caro e di pregio, ed a me di nessun costo fino al presente, la mercè di quel mio antico esercizio.

4 Nonis Maiis in Ciliciam cogitabam: ibi quum Iunium mensem consumsissem (atque utinam in pace! magnum enim bellum impendet a Parthis), Quintilem in reditu ponere. Annuae enim mihi operae a. d. III Kalend. Sextiles emerentur [24]. Magna autem in spe sum, mihi nihil temporis prorogatum iri. Habebam acta urbana usque ad Nonas Martias; e quibus intelligebam, Curionis nostri constantia omnia potius actum iri, quam de provinciis [25]. Ergo, ut spero, propediem te videbo.

5 Venio ad Brutum tuum, immo nostrum: sic enim mavis. Equidem omnia feci, quae potui aut in mea provincia perficere, aut in regno [26] experiri. Omni igitur modo egi cum rege, et ago quotidie, per literas scilicet. Ipsum enim triduum quatriduumve mecum habui [27] turbulentis in rebus, quibus eum liberavi. Sed et tum praesens, et postea creberrimis [28] non destiti rogare et petere mea causa; suadere et hortari sua. Multum profeci, sed quantum, non plane, quia longe absum, scio. Salaminios autem (hos enim poteram coërcere) adduxi, ut totum nomen [29] Scaptio vellent solvere; sed centesimis ductis a proxima quidem syngrapha, nec perpetuis, sed renovatis quotannis [30]. Numerabantur nummi: noluit Scaptius. Tun' qui ais [31], Brutum cupere aliquid perdere? Quaternas habebat in syngrapha. Fieri non poterat; nec, si posset, ego pati possem. Audio om-

4 Per li 7 di maggio io designava di passar in Cilicia: quivi logorato il giugno (e voglia Dio chetamente, dachè da' Parti si teme di una guerra assai grande), spendere il luglio nel ritorno, dachè il mio ben servito dell'anno cade ne' 30 di luglio; e ho grande speranza che il termine non me ne sia prolungato. Io ebbi gli atti urbani fino a' 7 di marzo; e veggo che per la fermezza di Curion nostro cascheria prima il mondo, che si trattasse delle provincie [11]; di che io spero di vederti fra poco.

5 Vengo ora al tuo Bruto, anzi nostro: da chè ti piace meglio così. In fede mia, ho fatto ogni cosa che nella mia provincia ho potuto spedire, o tentare nel regno. Adunque col Re io feci tutte le prove, e fo ciascun dì; per lettere s'intende: conciossiachè io fui con esso lui per tre o quattro dì in certe sue brighe, dalle quali l'ho salvato. Io ho ottenuto ben molto; ma dall'aver l'intento mio per intero, so io bene che io sono un pezzo lontano. Quanto a' Salaminii (chè questi poteva io ben tenere in dovere), io li recai ad esser pronti di spegnere con Scapzio tutto lor debito; ma ad uno per cento, secondo la scritta; non difilato, ma di anno in anno. Erano sull'annoverar il danaro. Scapzio non volle. E or se' tu che dici, Bruto esser acconcio di metterci qualcosa? Egli avea nella scritta a quattro: non era possibile; e se fosse anche stato, io nol poteva patire. Sento che Scapzio al tutto se ne tien of-

nino Scaptium poenitere. Nam quod senatus consultum esse dicebat, ut ius ex syngrapha diceretur; eo consilio factum est, quod pecuniam Salaminii contra legem Gabiniam sumserant. Vetabat autem Auli lex [32], ius dici de ita sumta pecunia. Decrevit igitur senatus, ut ius diceretur ista syngrapha [33]. Nunc ista habet iuris idem, quod ceterae, nihil praecipui. Haec a me ordine facta, puto me Bruto probaturum; tibi, nescio [34]; Catoni certe probabo. Sed iam ad te ipsum revertor. Ain' tandem, Attice, laudator integritatis et elegantiae [35]: *ausus es hoc ex ore tuo*, inquit Ennius, ut equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem, me rogare? An tu, si mecum esses, qui scribis morderi te interdum, quod non simul sis, paterere me id facere, si vellem? Non amplius, inquis, quinquaginta. Cum Spartaco minus multi [36] primo fuerunt. Quid tandem isti mali in tam tenera insula [37] non fecissent? non fecissent autem? immo quid ante adventum meum non fecerunt? Inclusum in curia senatum habuerunt Salaminium ita multos dies, ut interierint nonnulli fame. Erat enim praefectus Appii Scaptius, et habebat turmas ab Appio. Id me igitur tu, cuius mehercule os mihi ante oculos solet versari, quum de aliquo officio ac laude cogito, tu me, inquam, rogas, praefectus ut Scaptius sit? Alias hoc statueramus, ut negotiatorem neminem [38]; idque Bruto probaveramus. Habeat

feso; a torto: perocchè quel senatoconsulto che egli allegava, dove era detto che la ragion si rendesse sopra la scritta, fu fatto per questo, che i Salaminii aveano, contro la legge Gabinia, tolto danaro. Or la legge di Aulo vietava il render ragione sopra danaro tolto così; e per questo il Senato fece decreto che sopra questa scritta fosse renduta ragione. Or questa scritta va con la regola medesima delle altre; nulla ha di peculiare. Queste cose regolarmente da me operate, spero io di far approvare a Bruto; a te non so, certo a Catone. Ma oggimai a te medesimo mi vo' ridurre. E puote esser dunque vero, o Attico? tu che lodi la mia integrità ed aggiustatezza? *E non temesti con la tua bocca* (dice Ennio) pregarmi che io dessi a Scapzio cavalli da raggruzzolar il danaro? E tu (il quale scrivi di essere talora trafitto del non trovarti vicino a me), essendo tu meco, e volendo io fare questa cosa medesima, mel comportarestù? Ma tu di': *Non più di cinquanta.* Ma con Spártaco ne furono dapprima anche più pochi [12]. Or quanto non avrebbono mai costoro fatto di male in un'isola sì mal difesa? Ma che dico io: avrebbono fatto? anzi che non hanno già fatto prima del mio venire? Tennero serrato nella curia il Senato di Salamina per tanti giorni, che alcuni ne moriron di fame: e sì Scapzio v'era prefetto di Appio, e da lui avuto soldati. Tu adunque, tu (il cui aspetto, in coscienza mia, mi veggo sempre sugli occhi, qualunque volta penso di alcun mio dovere, o cosa di mia gloria) tu, dico, mi preghi di fare Scapzio prefetto? E sì noi eravamo già insieme accordati, che di mercadanti nessuno; ed a Bruto l'avevamo fatto approvare. Ma come vuol egli le bande de' cavalli?

is turmas? cur potius, quam cohortes? Sumtu iam nepos evadit [39] Scaptius. Volunt, inquis, principes. Scio. Nam ad me Ephesum usque venerunt, flentesque equitum scelera, et miserias suas detulerunt. Itaque statim dedi literas, ut ex Cypro equites ante certam diem decederent: ob eamque causam, tum ob ceteras [40], Salaminii nos in caelum decretis suis sustulerunt. Sed iam quid opus equitatu? Solvunt enim Salaminii. Nisi forte id volumus armis efficere, ut fenus quaternis centesimis ducant. Et ego audebo legere umquam, aut attingere eos libros [41], quos tu dilaudas, si tale quid fecero? Nimis, nimis, inquam, in isto Brutum amasti, dulcissime Attice; nos, vereor, ne parum. Atque haec, scripsi ego ad Brutum, scripsisse te ad me.

6 Cognosce nunc cetera. Pro Appio nos hic omnia facimus [42]; honeste tamen, sed plane libenter: nec enim ipsum odimus; et Brutum amamus; et Pompeius mirifice a me contendit; quem mehercule plus plusque in dies diligo. C. Caelium [43] quaestorem huc venire audisti. Nescio, quid sit: sed... Pammenia [44] illa mihi non placent. Ego me spero Athenis fore mense Septembri. Tuorum itinerum tempora scire sane velim. Εὐήθειαν Sempronii Rufi cognovi ex epistola tua Corcyraea. Quid quaeris? invideo potentiae Vestorii [45]. Cupiebam etiam nunc plura garrire: sed lucet; urget turba;

perchè non anzi coorti? è egli Scapzio divenuto ora allo spendere scialacquatore? [13] Ma tu di': Così vogliono i primati; lo credo, sì: infatti e' ne vennero a me fino in Efeso, e colle lagrime agli occhi mi contarono le ribalderie di que' soldati, e le loro calamità: onde io issofatto ordinai che i cavalli prima del tal dì dovessero essere sgombrati dell' isola; pel qual servigio, come per gli altri, i Salaminii mi levarono in cielo co' loro decreti. Ma che bisogno fa di cavalleria? quando ben pagano i Salaminii, se già non vogliamo con gli stocchi alla gola tirarli a pagare a quattro per cento. Ed io, qualora siffatta cosa facessi, mi darebbe mai il cuore di leggere, anzi pur di toccare que' miei libri che tu innalzi alle stelle? Ah! troppo, mio dolcissimo Attico, troppo (ti dico) ti lasciasti vincere all'amore di Bruto; e se io poco, nol saprei dire. E sappi pure, io ho scritto a Bruto, come queste cose avevi tu scritto a me.

6 Ora al restante. Per lo bene di Appio io farò qui ogni cosa possibile [14]: sì veramente che con onestà; ma ti prometto da cuore: chè certo io non gli porto odio, ed a Bruto voglio ogni bene; ed anche Pompeo me ne fa ressa, che più non potrebbe [15]; il quale in buona verità io amò ogni dì più e meglio. Credo che tu abbi inteso come C. Celio [16] vien qua per questore. Non so che sia [17], ma.... Le cose di Pammene mi vanno poco a sangue [18]. Per settembre io spero essere in Atene; e vorrei ben sapere ogni ordine de' tuoi viaggi. Della mellonaggine di Sempronio Rufo [19] mi dice il bisognevole la tua lettera di Corfù. Che dirò io? ho invidia della potenza di Vestorio. Io m'era in uzzolo di chiacchierar anche più; ma si fa giorno, e la calca mi strin-

festinat Philogenes. Valebis igitur, et valere Piliam et Caeciliam [46] nostram iubebis literis; salvebis a meo Cicerone.

CCLVII.

(Ad Div. II, 13)

Argumentum. 1 Caelii epistola (CCXLII — Ad Div. VIII, 6), quam nuper acceperat, laudata, 2 se Appium Claudium, simultate deposita, diligere, et ab eo diligi ostendit. 3 Otium civitatis sibi placere ait; 4 Curionis inconstantiam a se praevisam esse significat; 5 seque iam confecta Laodiceae iurisdictione in Ciliciam proficisci nuntiat.

Scr. Laodiceae A. V. C. DCCIII, mense Apr. exeunte.

M. T. CICERO IMP. M. CAELIO AEDILI CVRVLI S. D.

1 Raras tuas quidem (fortasse enim non perferuntur), sed suaves accipio literas. Vel quas proxime [1] acceperam, quam prudentis! quam multi et officii et consilii! [2] Etsi omnia sic constitueram mihi agenda, ut tu admonebas: tamen confirmantur nostra consilia, quum sentimus, prudentibus fideliterque suadentibus idem videri.

2 Ego Appium (ut saepe tecum sum locutus) valde diligo; meque ab eo diligi statim coeptum esse, ut simultatem [3] deposuimus, sensi. Nam et honorificus in me consul fuit, et suavis amicus, et studiosus studiorum etiam meorum. Mea vero

ge, e Filogene ha fretta, come chi muor di notte. Tu dunque farai di star sano, e da mia parte saluterai Pilia e Cecilia [20], e riceverai i saluti del mio Cicerone.

CCLVII. (A Div. II, 13)

Argomento. 1 Avendo ricevuta testè la lettera (CCXLII — A Div. VIII, 6) di Lelio e lodatala, 2 mostra d'essersi rappacificato con Appio e di amarlo, come era da lui amato. 3 Gli mostra il suo desiderio dell'ozio di Roma; 4 ed anche d'aver antiveduta l'incostanza di Curione; 5 e gli fa sapere che, spacciatosi già dalla giudicatura di Laodicea, si moverà per la Cilicia.

Scritta a Laodicea l'anno DCCIII, all'uscir del mese di Aprile.

M. T. CICERONE IMP. A M. CELIO, EDILE CURULE, S.

1 Poche tue lettere veramente (forse ne vanno smarrite) ricevo io; ma dolci però: certo la avuta testè, quanto prudente! quanto piena sì di cortesia e sì di consigli! Or, sebbene io aveva proposto di dovermi governare secondo i tuoi ammonimenti, tuttavia questo sentirmi d'un parer medesimo con persone prudenti e che lealmente confortano, mi ribadisce il mio divisamento.

2 Io (secondo che spesso ti dissi) voglio ad Appio tutto il mio bene; e bene mi sono accorto, lui, col finire della nimistà nostra, aver subito cominciato ad amarmi: imperocchè egli mi riuscì cónsolo onorifico, ed amico soave, e tenero eziandio de' miei studii. Ora

officia ei non defuisse, tu es testis; cui iam [4] κωμικὸς μάρτυς, ut opinor, accedit Phania. Et mehercule etiam pluris eum feci, quod te amari ab eo sensi. Iam me Pompeii totum esse scis, Brutum [5] a me amari intelligis. Quid est causae, cur mihi non in optatis sit, complecti hominem, florentem aetate, opibus, honoribus, ingenio, liberis, propinquis, affinibus, amicis; collegam [6] meum praesertim, et in ipsa collegii laude et scientia studiosum mei? Haec eo pluribus scripsi, quod mihi significabant tuae literae, subdubitare te [7], qua essem erga illum voluntate. Credo, te audisse aliquid [8]: falsum est, mihi crede, si quid audisti. Genus institutorum et rationum mearum, dissimilitudinem nonnullam habet cum illius administratione provinciae [9]. Ex eo quidam suspicati fortasse sunt, animorum contentione, non opinionum dissensione, me ab eo discrepare. Nihil autem feci umquam, neque dixi, quod contra illius existimationem esse vellem. Post hoc negotium autem, et temeritatem nostri Dolabellae [10], deprecatorem me pro illius periculo praebeo.

3 Erat in eadem epistola veternus civitatis [11]. Gaudebam sane, et congelasse nostrum amicum laetabar otio.

4 Extrema pagella pupugit me tuo chirographo [12]. Quid ais? Caesarem nunc defendit Curio? quis hoc putaret praeter me? nam, ita vivam,

come io non gli sia fallito de' miei uffizii, tu ne sei buon testimonio: conciossiachè Fania ci entrò, come penso, per testimon di commedia [1]: e in buona fede, io l'ebbi anche più caro per aver saputo che egli ti amava; anche sai me essere cosa affatto di Pompeo [2], e dei vedere quanto io ami Bruto. Che ragion dunque potrei io avere di non aver carissimo di favorire un uomo fiorente d'età, di ricchezza, d'onori, d'ingegno, di figliuoli, di parenti, di affini, di amici? massime essendo lui mio collega, e nella gloria e scienza di esso collegio tanto a me affezionato? Io mi sono sopra di ciò steso così a lungo, perchè le tue lettere mi ti mostrarono con qualche po' di ombra circa l'animo mio verso di lui. Or tu dei aver sentito qualcosa; ma sia che si vuole, credimi, ti fu detto il falso. Non nego: la maniera della mia vita e condotta si strania alcun poco della sua nel reggimento della provincia. Or ciò diede forse ad alcuni cagion di sospettare che per animosità, non per diversità di opinioni, io fossi così svariato da lui: e nondimeno io non ho fatto nè detto mai cosa a fine di punto offendere il suo buon nome. Or dopo questa cosa [3], e la temerità di Dolabella nostro, io sono entrato a stornar ogni sinistro accidente.

3 Nella medesima lettera trovai un letargo della città. Lodato Dio! e meglio altresì che il nostro amico [4] fosse per inerzia agghiadato!

4 L'ultima faccia scritta di tua man propria [5] mi diè una stoccata. Oh diavolo! Curione porta ora Cesare? chi sel sarebbe pensato, da me in fuori? il quale,

putavi. Dii immortales! quam ego risum nostrum desidero!

5 Mihi erat in animo, quoniam iurisdictionem confeceram, civitates locupletaram, publicanis etiam superioris lustri reliqua, sine sociorum ulla querela, conservaram, privatis, summis, infimis fueram iucundus [13], proficisci in Ciliciam Nonis Maiis; et, quum prima aestiva attigissem, militaremque rem collocassem [14], decedere ex senatus consulto. Cupio te aedilem videre, miroque desiderio me urbs afficit, et omnes mei, tuque in primis. Vale.

CCLVIII. (Ad Div. II, 18)

Argumentum. Q. Minucio Thermo, Asiae propraetori, suadet, ut decedens quaestorem C. Antonium potius, quam legatum, provinciae praeficiat.

Scr. Laodiceae A. V. C. DCCIII, initio mensis Maii.

M. T. CICERO IMP. Q. THERMO PROPR. [1] S. D.

Officium meum erga Rhodonem, ceteraque mea studia [2], quae tibi ac tuis praestiti, tibi, homini gratissimo, grata esse vehementer gaudeo; mihique scito in dies maiori curae esse dignitatem tuam: quae quidem a te ipso integritate et clementia tua sic amplificata est, ut nihil addi posse videatur. Sed mihi magis magisque quotidie de rationibus tuis cogitanti placet illud meum consi-

così Dio m'aiuti! l'ho indovinato [6]. Poffare il mondo! io muoio della voglia di riderne.

5 Io aveva disegnato (avendo compiuto già il tempo del mio tribunale, arricchite le città, fatto pagare a' pubblicani l'avanzo eziandio de' cinque anni passati, senza doglianza de' sozii, caro a' privati, a' primi, agli ultimi) di passare nella Cilicia [7] a' 7 di maggio; e come prima avessi toccato la state, e ordinato le cose della milizia, rassegnare il governo. Non veggo l'ora di trovarti così edile. Io mi muoio di Roma, di tutti i miei e di te soprattutto. A Dio.

CCLVIII. (A Div. II, 18)

Argomento. Conforta Q. Minucio Termo vicepretore dell'Asia di porre in capo della provincia, partendone, piuttosto il questore C. Antonio, che il suo legato.

Scritta a Laodicea l'anno di Roma DCCIII, al principio di Maggio.

CICERONE IMP. A Q. TERMO [1], PROPRETORE, S.

I servigi da me renduti a Rodone, e le altre cure datemi per te e pe' tuoi, assaissimo mi consolo che tu (come uom gratissimo) le abbia gradite; e vo' che tu sappia che ogni dì più mi sta più a cuore la tua dignità; la quale quantunque tu abbi per te medesimo con la integrità e clemenza tua amplificata per forma, che e' pare non poterci più là, tuttavia ripensando io ogni dì più e più al fatto tuo, approvo quel mio consiglio, il quale io mostrai già da principio ad Ari-

lium, quod initio Aristoni nostro, ut ad me venit, ostendi: graves te suscepturum inimicitias, si adolescens [3] potens et nobilis a te ignominia affectus esset. Et hercle sine dubio erit ignominia. Habes enim neminem honoris [4] gradu superiorem. Ille autem, ut omittam nobilitatem, hoc ipso vincit viros optimos, hominesque innocentissimos, legatos tuos, quod et quaestor est, et quaestor tuus. Nocere tibi iratum neminem [5] posse perspicio; sed tamen tres fratres, summo loco natos, promtos, non indisertos, te nolo habere iratos, iure praesertim; quos video deinceps tribunos plebis per triennium [6] fore. Tempora autem rei publicae qualia futura sint, quis scit? mihi quidem turbulenta videntur fore. Cur ego te velim incidere in terrores [7] tribunicios? praesertim quum sine cuiusquam reprehensione quaestoriis [8] legatis quaestorem possis anteferre? Qui si dignum se maioribus suis praebuerit (ut spero et opto [9]), tua laus ex aliqua parte fuerit: sin quid offenderit: sibi totum, nihil tibi offenderit. Quae mihi veniebant in mentem, quae ad te pertinere arbitrabar, quod in Ciliciam proficiscebar [10], existimavi me ad te oportere scribere. Tu, quod egeris, id velim dii approbent. Sed si me audies, vitabis inimicitias, et posteritatis [11] otio consules. Vale.

stone, quando fu qui: cioè, che tu ne guadagneresti di dannevoli nimicizie, qualora cotesto giovane potente e nobile [2] ricevesse da te villania: e villania sarebbe per fermo, non avendo tu altra persona che in grado di onore gli entri innanzi. Or egli, lasciando dall' un de' lati la nobiltà, per questo medesimo si lascia addietro i tuoi legati, personaggi ottimi e uomini incolpevolissimi, che ed è questore, ed è questor tuo. Ben veggo io che di nulla tu puoi temere dallo sdegno di nessun uomo del mondo: tuttavia non vo' che tu abbi teco crucciati tre fratelli di gran famiglia, pronti, non mali parlatori [3]: massimamente che avrebbono ragione di essere, ed anche e' vogliono per innanzi essere per tre anni tribuni di plebe. Ora le variazioni della Repubblica chi indovinarle? e, a dirti il vero, io temo di mal tempo. Come dunque potrei io patire che tu cadessi tra le male branche di tali tribuni? E s' aggiugne questo di più, che tu, senza essere da nessun condannato, puoi a' legati porre innanzi il questore. E or che sarebbe, se egli si fosse mostrato degno de' suoi maggiori, siccome spero e desidero? In questo caso tu n'avresti la tua parte di onore. E poni anche che egli avesse fatto fallo in qualche cosa; egli avrebbe fatto tutto per conto suo, nulla pel tuo. Essendo io dunque sul muovermi per la Cilicia [4], ho creduto doverti scrivere queste cose, che mi davano innanzi per cose di tua pertinenza. Or checchè tu ti faccia, Dio 'l benedica: ma se farai a mio modo, tu schiverai nimicizie, e servirai alla quiete di chi verrà dopo te. A Dio.

CCLIX. (Ad Div. XIII, 2)

Argumentum. Petit, ut Evandro statuario de sacrarii habitatione commodet.

Scr. Laodiceae A. V. C. DCCIII, ante Non. Maias.

CICERO MEMMIO S.

C. Aviano Evandro [1], qui habitat in tuo sacrario [2], et ipso multum utor, et patrono eius M. Aemilio familiarissime. Peto igitur a te in maiorem modum, quod sine tua molestia fiat, ut ei de habitatione accommodes. Nam propter opera instituta multa multorum, subitum est ei remigrare [3] Kal. Quintilibus [4]. Impedior verecundia, ne te pluribus verbis rogem [5]. Neque tamen dubito, quin, si tua nihil, aut non multum intersit, eo sis animo, quo ego essem, si quid tu me rogares. Mihi certe gratissimum feceris.

CCLX. (Ad Div. XIII, 3)

Argumentum. Fufium diligenter commendat.

Scr. Laodiceae A. V. C. DCCIII, ante Non. Maias.

M. T. CICERO C. MEMMIO S. P. D.

A. Fufium [1], unum ex meis intimis, observantissimum studiosissimumque nostri, eruditum ho-

CCLIX. (A Div. XIII, 2)

Argomento. Lo prega di voler concedere ad Evandro statuario di abitare nella sua cappella.

Scritta a Laodicea l'anno di Roma DCCIII, prima del 7 di Maggio.

CICERONE A MEMMIO S.

Io mi ho per grandissimi amici C. Aviano Evandro [1] che sta a casa nella cappella tua [2], e M. Emilio suo avvocato. Ciò fa che io ti preghi al possibile che (potendol fare senza tuo sconcio) tu gli facci comodo di essa sua abitazione: conciossiachè, per molte fatture di molti da lui ben avviate, a mutar casa così a rotta il calen di luglio [3] si sconcierebbe. Ho vergogna di spendere più parole pregandoti; e tuttavia non dubito che tu non voglia (se niente, o non troppo ti noia) quel medesimo che vorre' io, pregandomi tu di qualcosa: certo a me faresti il maggior piacere del mondo.

CCLX. (A Div. XIII, 3)

Argomento. Raccomanda caldamente Fufio.

Scritta a Laodicea l'anno di Roma DCCIII, prima del 7 di Maggio.

M. T. CICERONE A C. MEMMIO S.

Io ho questo Aulo Fufio [1], che è de' miei intimi uno che più mi onora, e di me tenerissimo, persona

minem, et summa humanitate, tuaque amicitia dignissimum, velim ita tractes, ut mihi coram recepisti. Tam gratum mihi [2] id erit, quam quod gratissimum. Ipsum praeterea summo officio [3] et summa observantia tibi in perpetuum devinxeris. Vale.

CCLXI. (Ad Div. III, 10)

Argumentum. 1 Scribit se Appium a Dolabella accusatum moleste ferre, certo tamen sperare fore, ut absolvatur, in eoque periculo sua officia promittit. 2 Deinde legationes Appii laudandi causa ex provincia missas a se impeditas non esse multis verbis demonstrat. 3 Narrationem de iis, quae pro Appii dignitate egerit et acturus sit subiungit; 4 eumque mox censorem futurum esse sperat.

Scr. Laodiceae A. V. C. DCCIII, initio mensis Maii.

M. T. CICERO APPIO PVLCHRO S. D.

1 Quum est ad nos allatum de temeritate eorum [1], qui tibi negotium facesserent, etsi graviter primo nuntio commotus sum, quod nihil tam praeter opinionem meam accidere potuit; tamen, ut me collegi, cetera mihi facillima [2] videbantur, quod et in te ipso maximam spem, et in tuis magnam habebam; multaque mihi veniebant in mentem, quamobrem istum laborem [3] tibi etiam

di tutta umanità, e degnissimo della tua amicizia. Vorrei che tu mel trattassi secondo che di presenza [2] mi ti sei obbligato. Questo mi sarà la più cara cosa che tu possa farmi; ed oltre a ciò, lui medesimo ti sarai obbligato di somma cortesia e riverenza per tutta la vita. A Dio.

CCLXI.

(A Div. III, 10)

Argomento. 1 Scrive che gli doleva l'accusa da Dolabella data ad Appio; che tuttavia sperava lui doverne andare assoluto; ed in questo servigio gli si promette. 2 Indi gli mostra con molte parole, sè non aver impedito le legazioni mandate dalla provincia a dir le lodi di Appio; 3 séguita recitandogli le cose da sè fatte, e che intendea fare per onore di Appio; 4 e gli dice di sperare di vederlo di corto censore.

Scritta a Laodicea l'anno di Roma DCCIII, al principio del mese di Maggio.

M. T. CICERONE AD APPIO PULCRO S.

1 Essendomi rapportato [1] della temerità di taluni che ti diedero briga, al primo per questa novella fui scosso da molto dolore (non essendovi cosa del mondo che io mi aspettassi meno di questa): nondimeno essendomi riavuto, mi parve di veder ogni cosa di lievissima riuscita; sì perchè in te medesimo vedea la speranza grandissima, come grande ne' tuoi [2], e sì perchè mi occorrevano molte cose, le quali mi promettevano da questo travaglio eziandio della gloria. Que-

honori putarem fore. Illud plane moleste tuli, quod certissimum et iustissimum triumphum hoc invidorum consilio esse tibi ereptum videbam [4]. Quod tu si tanti facies, quanti ego semper iudicavi faciendum esse: facies sapienter, et ages victor ex inimicorum dolore triumphum iustissimum. Ego enim plane video fore nervis, opibus, sapientia tua [5], vehementer ut inimicos tuos poeniteat intemperantiae suae. De me tibi sic, contestans [6] omnes deos, promitto atque confirmo, me pro tua dignitate (sic enim malo [7] dicere, quam pro salute), in hac provincia, cui tu praefuisti, rogando deprecatoris, laborando propinqui, auctoritate cari hominis (ut spero) apud civitates, gravitate imperatoris suscepturum officia atque partes [8]. Omnia volo a me et postules, et exspectes: vincam meis officiis cogitationes tuas.

2 Q. Servilius perbreves mihi a te literas reddidit, quae mihi tamen nimis longae [9] visae sunt. Iniuriam enim mihi fieri putabam, quum rogabar [10]. Nollem accidisset tempus, in quo perspicere posses, quanti te, quanti Pompeium, quem unum ex omnibus facio, ut debeo, plurimi, quanti Brutum facerem: quamquam in consuetudine quotidiana perspexisses, sicut perspicies: sed, quoniam accidit, si quid a me praetermissum erit, commissum facinus, et admissum dedecus confitebor. Pomtinius [11], qui a te tractatus est prae-

sto all' estremo mi addolorò: chè per questa pratica degli invidiosi io ti vedea tolto di mano un trionfo a te certamente e giustissimamente dovuto [3]; il qual nondimeno se tu stimerai, quanto io medesimo ho sempre giudicato da stimare, tu farai da uom saggio; e vincendo la malvoglienza de' nemici, riporterai di loro il più giusto trionfo. Conciossiachè io mi vivo sicuro che col vigore e potenza e saggezza tua tu farai fortemente pentire i tuoi avversarii della loro sfrenatezza. Quanto a me, chiamando testimonii tutti gli Dei, ti prometto e raffermo che per la dignità tua (così amo dir meglio, che per la salute) io mi piglierò, in questa provincia da te governata, l'uffizio e le parti di sconfortatore, pregando; di parente, travagliandomi; di persona cara, coll' autorità che spero avere con le città; di imperadore, con la gravità. Io vo' che tu esiga ed aspetti da me ogni cosa, ed io co' miei servigi vincerò ogni tua immaginazione.

2 Q. Servilio mi diede la tua lettera molto breve, la qual tuttavia troppo mi è paruta lunga; poichè mi recai ad onta di essere da te pregato. Così non mi fosse mai data innanzi siffatta cagione da farti conoscere quanto io pregiassi te, quanto Pompeo (solo il quale io, com' è il dovere, pregio a gran pezza più di tutti gli altri) e quanto Bruto: quantunque, usando tu meco alla domestica, avrestilo ben conosciuto, e 'l conoscerai. Ma posciachè il fatto non può disfarsi, se io mi lascerò tratto a fare, io condannerò me medesimo di misfatto commesso, e di vergogna da me accattata. Pontinio, il quale da te fu con ispecchiata e

stanti ac singulari fide, cuius tui beneficii sum ego testis, praestat tibi memoriam benivolentiamque, quam debet; qui, quum maximis rebus suis coactus a me invitissimo decessisset; tamen, ut vidit interesse tua, conscendens iam navem [12], Epheso Laodiceam revertit. Talia te quum studia videam habiturum esse innumerabilia, plane dubitare non possum, quin tibi amplitudo ista solicitudo futura sit [13]. Si vero effeceris, ut censores creentur [14], et, si ita gesseris censuram, ut et debes et potes: non tibi solum, sed tuis omnibus video in perpetuum summo te praesidio futurum. Illud pugna et enitere, ne quid nobis temporis prorogetur: ut, quum hic tibi satisfecerimus, istic quoque nostram in te benivolentiam navare possimus. Quae de hominum atque ordinum omnium erga te studiis scribis ad me, minime mihi miranda, et maxime iucunda acciderunt; eademque ad me perscripta sunt a familiaribus meis. Itaque capio magnam voluptatem, quum tibi, cuius mihi amicitia non solum ampla, sed etiam iucunda est, ea videam tribui [15], quae debeantur, tum vero remanere etiam nunc in civitate nostra studia, prope omnium consensu, erga fortes et industrios viros: quae mihi ipsi una [16] semper tributa merces est laborum et vigiliarum mearum. Illud vero mihi permirum accidit, tantam temeritatem fuisse in eo adolescente [17], cuius ego salutem duobus capitis

rara fede trattato (e di ciò son io testimonio), ti risponde della debita gratitudine e benevolenza. Or egli, costretto da un suo bisogno gravissimo, partissi di malissima voglia da me: tuttavia, come vide essere del ben tuo, montato in nave, da Efeso ritornò in Laodicea. Or veggendo io dover tu avere degli uomini così caldi di te a gran numero, non posso al tutto temere che questa modestia non debba riuscirti ad onore. Che se tu operi che sien creati i censori, e tu uno di loro [4] ti porti come dei e puoi: io veggo bene che tu, non pure a te stesso, ma a tutti i tuoi dei aver apparecchiato in te un rincalzo che mai non v'è per fallire. Tu fa ogni opera e mettiti con tutto lo sforzo a fare che il mio termine non mi sia prolungato; e mi darai modo come, dopo averti servito qui, io possa eziandio costì mettere per te in faccenda l'affezion mia. Le cose che tu mi scrivi del zelo che hanno di te tutti gli uomini e gli ordini, al sommo mi dilettarono, senza farmi maravigliare; e così mi fu eziandio scritto da' miei amici: onde io sono assai consolato dal vedere secondo il merito onorato colui la cui amicizia non pur m'è cara, ma ed onorevole; e che rimanga tuttavia nella nostra città acceso, quasi di comune consentimento, verso le persone forti e d'ingegno quell'affetto che ci fu acceso da me: e questo è il merito singolare che a me medesimo fu sempre renduto, per le veglie e travagli da me durati. Ben mi fe' strabiliare che sì sconcia temerità fosse trovata in un giovane con sommo sforzo in due capitali giu-

iudiciis summa contentione defendi, ut, tuis inimicitiis suscipiendis, oblivisceretur patroni omnium fortunarum ac rationum suarum: praesertim quum tu omnibus vel ornamentis, vel praesidiis redundares; illi (ut levissime [18] dicam) multa deessent. Cuius sermo stultus [19] et puerilis erat iam antea ad me a M. Caelio, familiari nostro, perscriptus: de quo item sermone multa scripta sunt abs te. Ego autem citius cum eo, qui tuas inimicitias suscepisset, veterem coniunctionem diremissem, quam novam [20] conciliassem. Neque enim de meo erga te studio dubitare debes; neque id est obscurum cuiquam in provincia, nec Romae fuit.

3 Sed tamen significatur in tuis literis suspicio quaedam, et dubitatio tua: de qua alienum tempus est mihi tecum expostulandi; purgandi autem mei, necessarium. Ubi enim ego cuiquam legationi fui impedimento [21], quo minus Romam ad laudem tuam mitteretur? aut in quo potui, si te palam odissem, minus, quod tibi obesset, facere? si clam, magis aperte inimicus esse? Quod si essem ea perfidia, qua sunt ii, qui in nos haec conferunt; tamen ea stultitia certe non fuissem, ut aut in obscuro odio apertas inimicitias; aut; in quo tibi nihil nocerem, summam ostenderem voluntatem nocendi. Ad me adire quosdam memini, nimirum ex Epicteto [22], qui dicerent, nimis magnos sumtus legatis decerni: quibus ego non tam imperavi [23],

1 Non lunga briga, ma feroce mi diede la cosa tua circa il ringraziamento [1]: così duro groppo ci è dato alle mani. Curione, che pure è di te caldissimo, conciossiachè per tutte le vie gli sieno tolti i dì comiziali [2], affermava che a niun modo patirebbe che si decretasse il ringraziamento, per non perdere in vero studio quel po' di bene che il furore di Paolo gli avea messo in mano, ed anche per non acquistar voce di traditore della causa comune. Siamo dunque divenuti ad una convenzione, che i consoli si obbligarono di non concedere pel presente anno siffatti ringraziamenti a nessuno; di che al tutto tu hai di che ringraziare essi due consoli, e certo Paolo via più: imperocchè Marcello rispose che egli sopra siffatte cerimonie non faceva assegnamento nessuno; ed a lui Paolo, che in

nino in hunc annum non edicturum [10]. Renuntiatum nobis erat Hirrum diutius dicturum [11]: prendimus eum. Non modo non fecit, sed, quum de hostibus ageretur, et posset rem impedire, si, ut numerarentur [12], postularet, tacuit. Tantum Catoni assensus est, qui de te [13] locutus honorifice, non decrerat supplicationes. Tertius ad hos Favonius accessit. Quare, pro cuiusque natura et instituto, gratiae sunt agendae: his, quod tantam voluntatem ostenderunt [14]; pro sententia, quum impedire possent, non pugnarunt: Curioni vero, quod de suarum actionum cursu tua causa deflexit [15]. Nam Furnius et Lentulus, ut debuerunt, quasi eorum res esset, una nobiscum circumierunt [16] et laborarunt. Balbi quoque Cornelii [17] operam et sedulitatem laudare possum. Nam cum Curione vehementer locutus est, et eum, si aliter fecisset, iniuriam Caesari facturum dixit; tum eius fidem in suspicionem [18] adduxit. Decrerant quidem [19] qui neque transigi volebant, Domitii, Scipiones quibus hac re ad intercessionem evocandam [20] interpellantibus, venustissime Curio respondit, se eo libentius non intercedere, quod quosdam, qui decernerent, videret confici nolle.

2 Quod ad rem publicam attinet, in unam causam omnis contentio coniecta est, de provinciis [21]: in quam adhuc incubuisse cum senatu Pompeius videtur, ut Caesar Id. Novemb. [22] decedat

quest'anno al postutto non avrebbe fattone alcun decreto. Ci fu riferito che Irro volea farne un dire ben lungo. Io gli fui addosso; ed egli non solo nol fece, ma trattandosi de' nemici, e potendo egli guastare, richeggendo che fossero numerati, si stette; sì egli assentì a Catone, il quale, avendo di te parlato con molto onore [3], non aveva però decretati ringraziamenti. Co' quali due s'accostò per terzo Favonio. Per la qual cosa, avuto riguardo all'indole ed alle massime di ciascheduno, sono da ringraziare: questi, perchè mostrarono l'animo loro, senza dir suo parere, e potendo storpiar la cosa stettero cheti; Curione poi, perchè a tuo riguardo interruppe il corso de' suoi andamenti [4]. Quanto a Furnio ed a Lentulo [5], mantennero lor dovere, e come fosse cosa loro, con me si diedero attorno con ogni forza. Anche di Balbo Cornelio possiam lodarci, da che e fu a parole con Curione di forza, affermandogli che laddove egli facesse altro, Cesare sel sarebbe recato ad ingiuria; e gli aggiunse che egli dava sospetto della sua lealtà. I Domizii e' Scipioni, che simulatamente davano mano perchè fosse vinto il partito, diedero il voto però a fine di tirar Curione a opporsi [6]; a' quali, sollicitandolo essi, rispose assai a proposito Curione: che egli godeva di non opporsi per questo, che egli vedea certuni aver dato il voto, quando dell'animo erano avversi alla cosa.

2 Quanto alla Repubblica, tutti gli sforzi sono ora vôlti ad un punto solo, cioè fino ad ora circa le provincie. Pompeo mostra perfidiar col Senato, che Cesare pel dì 13 di novembre rassegni la provincia.

Curio omnia potius subire constituit, quam id pati. Ceteras suas abiecit actiones. Nostri porro [23], quos tu bene nosti, ad extremum certamen rem deducere non audent. Scena [24] rei totius haec: Pompeius, tamquam Caesarem non impugnet, sed, quod illi aequum putet, constituat, ait Curionem quaerere discordias. Valde autem non vult, et plane timet, Caesarem consulem designari [25] prius, quam exercitum et provinciam tradiderit. Accipitur satis male a Curione; et totus eius secundus consulatus [26] exagitatur. Hoc tibi dico: si omnibus rebus prement Curionem, Caesar defendetur [27]: si intercessorem (quod videntur) reformidarint [28], Caesar, quoad volet, manebit.

3 Quam quisque sententiam dixerit [29], in commentario est rerum urbanarum; ex quo tu, quae digna sunt, selige; multa transi, in primis ludorum explosiones, et funerum, et ineptiarum ceterarum. Plura habet utilia [30]. Denique malo in hanc partem errare [31], ut, quae non desideras, audias, quam quicquam, quod opus est, praetermittatur.

4 Tibi curae fuisse de Sittiano negotio [32], gaudeo. Sed quando suspicaris [33], minus certa fide eos tibi visos; tamquam procurator, sic agas, rogo.

Curione è deliberato di mettere ogni cosa a sbaraglio, anzi che patir questo, e s' è gittato dietro ogni altro pensiero. A' nostri (che tu ben li conosci) manca l'animo di mettervisi fino all'ultimo sangue. Questo è lo stato delle cose: Pompeo, dando vista di non volerla con Cesare, ma di fargli il dovere, va dicendo, Curione essere un accattabrighe; ma infatti egli è tutto in non volere (e ne teme quanto può) che Cesare sia disegnato console prima d'aver rimessa coll'esercito la provincia 7. Egli è pessimamente trassinato da Curione, e di tutto il secondo suo consolato si dice il peggio del mondo. Questo ti prometto io: se si metteranno a piè e a cavallo a tener sotto Curione, Cesare avrà chi lo difenda; se essi (come mostrano) si fanno paura dell'opposizione, Cesare si rimarrà in provincia quanto egli vorrà.

3 Nel mio cartabello de' fatti urbani sono notati i pareri di ciascheduno; dal quale tu carpirai le cose da ciò; molte ne puoi passare, e soprattutto gli sfratti avvenuti ne' giuochi; e c' è anche assai del marame in funerali ed in altre ciance 8. Ma io amo meglio fallare in contandoti cose che non ti importano, che in lasciar addietro punto nulla di buono.

4 Mi piace la briga che ti se' data nell'affare di Sizio; ma perocchè io veggo che eglino ti sono sospetti di certa fede, e tu opera (te ne prego) a sicurtà di mio procuratore.

CCLXVIII. (Ad Att. VI, 4

Argumentum. 1 De difficultate provinciam extremis me sibus administrandi; 2 de variis rebus domesticis, primis de calculis a Philotimo in coëmptione bonoru Milonis turbatis.

Scr. Tarsi A. V. C. DCCIII, post Non. Iunias.

CICERO ATTICO S.

1 Tarsum venimus [1] Nonis Iuniis. Ibi me mul moverunt: magnum in Syria bellum [2]; magna Cilicia latrocinia; mihi difficilis ratio administra di, quod paucos dies habebam reliquos ann muneris [3]; illud autem difficillimum: relinquend erat ex senatus consulto, qui praeesset. Nihil n nus probari poterat, quam quaestor Mescinit Nam de Caelio [4] nihil audiebamus. Rectissimu videbatur, fratrem cum imperio relinquere [5]: quo multa molesta, discessus noster, belli pe culum, militum improbitas, sexcenta praeterea O rem totam odiosam! sed haec fortuna videri quoniam consilio non multum uti licet.

2 Tu, quando Romam salvus, ut spero, ven sti, videbis [7], ut soles, omnia, quae intelliges n stra interesse, in primis de Tullia mea [8]; cui de conditione quid mihi placeret, scripsi ad T rentiam, quum tu in Graecia esses; deinde d

CCLXVIII. (Ad Att. VI, 4)

Argomento. 1 Della difficoltà che gli davano gli ultimi mesi del suo governo; 2 di varie cose di casa; e soprattutto delle ragioni imbrogliate da Filotimo nella compra de' beni di Milone.

Scritta da Tarso l'anno di Roma DCCIII, dopo il 5 di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Fui a Tarso a dì 5 di giugno; quivi molestie da varii lati: nella Siria gran guerra [1], nella Cilicia gran ladronecci; e non sapea come governarmi, restandomi pochi giorni a fornir l'anno del mio reggimento; e, quello che era osso più duro, bisognava lasciarci, sopra senatoconsulto, alcuno al governo. Il questor Mescinio era il meno da ciò che sia al mondo: non sapendo io nulla di Celio. Ben parea nato fatto, per esservi con potestà, il fratello; ma io ci avea molte spine: il doverci partire insieme, il pericolo della guerra, la genia de' soldati, e mille altre noie. Deh! affar pretto fastidio! Ma faccia, se sa, la fortuna, da che non mi ci ha troppo luogo il consiglio.

2 Or posciachè, come spero, tu se' già in Roma, terrai mente, secondo tuo usato, ad ogni cosa che ti parrà di ben mio, e soprattutto circa la mia Tullia; del cui ricapito io ho scritto, essendo tu in Grecia, a Terenzia quello che mi parea meglio; ed appresso,

honore nostro [9]. Quod enim tu afuisti, vereor ut satis diligenter actum in senatu sit de literis meis [10]. Illud praeterea μυστικώτερον ad te scribam; tu sagacius odorabere: τῆς δάμαρτός μου ὁ ἀπελεύθερος (οἶσθα ὃν λέγω [11]) ἔδοξέ μοι πρώην, ἐξ ὧν ἀλογευόμενος παρεφθέγγετο, πεφυρακέναι [12] τὰς ψήφους ἐκ τῆς ὠνῆς τῶν ὑπαρχόντων τοῦ Κροτωνιάτου τυραννοκτόνου [13]. Δέδοικα δὴ, μήτι νοήσῃς. Εἰς [14] δήπου τοῦτο δὴ περισκεψάμενος, τὰ λοιπὰ ἐξασφάλισαι. Non queo tantum, quantum vereor, scribere [15]. Tu autem fac, ut mihi tuae literae volent obviae. Haec festinans scripsi in itinere atque agmine. Piliae et puellae Caeciliae bellissimae salutem dices.

CCLXIX. (Ad Att. VI, 5)

Argumentum. 1 Petit, ut sibi e provincia decessuro Atticus literas de omnibus rebus obviam mittat; 2 seque sollicitudine provinciae sub ipsum decessionis tempus valde urgeri significat.

Scr. Tarsi A. V. C. DCCIII, V Kal. Quint.

CICERO ATTICO S.

1 Nunc quidem profecto Romae es; quo te, si ita est, salvum venisse gaudeo; unde quidem quamdiu afuisti, magis a me abesse videbare [1], quam si domi esses. Minus enim mihi meae notae res erant, minus etiam publicae. Quare velim, etsi,

circa il mio onore [2]: conciossiachè, per essere tu stato fuori, io temo che sopra le cose scritte da me il Senato non abbia operato con troppo calore. In oltre ti scriverò in gergo un'altra cosa, e tu la verrai bene annasando dietro la traccia. « Il liberto di mia moglie « (sai ben chi dico), secondo le parole che si lasciò « fuggir di bocca improvvedutamente, parmi che abbia « guaste le ragioni nella compra del Crotoniata [3] tiran- « nicida; e temo che tu non abbia anche compreso « il fatto. Chiarita bene quest'una cosa, tutto il resto « va co' suoi piedi. » Io ne ho più paura, che non parole da scriverlo. Or tu mandami incontro tue lettere a volo. Queste cose t'ho scritto a rotta per via nel campo. A Pilia ed a Cecilia, fior di fanciulla, mille saluti.

CCLXIX. (Ad Att. VI, 5)

Argomento. 1 Dovendo lui uscir di provincia, prega Attico che gli mandi incontro la nota di ogni particolarità; 2 e gli mostra la sua molta angustia in che lo mettea la provincia sullo scorcio del suo partire.

Scritta da Tarso l'anno di Roma DCCIII, a' 27 del mese di Giugno.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Oggimai, non ha dubbio, tu se' in Roma; e se egli è così, tu sii il ben venuto. Or tutto il tempo che tu eri lontan di costì, tu mi parevi da me più nascosto, che essendo in Roma: conciossiachè meno fui informato delle cose mie, come altresì delle pubbliche. Adunque, sebbene io speri, al tempo che tu leggerai

ut spero, te haec legente aliquantum viae [2] processero, tamen obvias mihi literas quam argutissimas de omnibus rebus crebro mittas, in primis de quo scripsi ad te antea: Τῆς ξυναόρου [3] τῆς ἐμῆς οὐξελεύθερος ἔδοξέ μοι θαμὰ βατταρίζων, καὶ ἀλύων τοῖς ξυλλόγοις [4] καὶ ταῖς λέσχαις ὑπό τι πεφυρακέναι τὰς ψήφους ἐν τοῖς ὑπάρχουσι τοῖς τοῦ Κροτωνιάτου [5]. Hoc tu indaga, ut soles; ast [6] hoc magis: Ἐξ ἄστεως ἑπταλόφου τειχῶν παρέδωκεν μνῶν κδ· μη· ὀφειλημάτων Καμίλλῳ. ἑαυτόν τε ὀφείλοντα μνᾶς [7] κδ· ἐκ τῶν Κροτωνιατικῶν, καὶ ἐκ τῶν Χεῤῥονησιατικῶν μη· καὶ μνᾶς κληρονομήσας χμ. χμ· [8], τούτων δὲ μηδὲ ὀβολὸν διαλύσασθαι, πάντων ὀφειληθέντων τοῦ δευτέρου μηνὸς τῇ νουμηνίᾳ· τὸν δὲ ἀπελεύθερον αὐτοῦ, ὄντα ὁμώνυμον τῷ Κόνωνος πατρὶ [9], μηδὲν ὀλοσχερῶς πεφροντικέναι. Ταῦτα οὖν, πρῶτον μὲν, ἵνα πάντα σώζηται· δεύτερον δὲ, ἵνα μηδὲ τῶν τόκων ὀλιγωρήσης τῶν ἀπὸ τῆς προεκκειμένης ἡμέρας. ὅσα αὐτὸν ἠνέγκαμεν σφόδρα δέδοικα. Καὶ γὰρ παρῆν πρὸς ἡμᾶς κατασκεψόμενος, καί τι σχεδὸν ἐλπίσας· ἀπογνοὺς δὲ, ἀλόγως ἀπέστη, ἐπειπὼν « Εἴκω· αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν [10]· meque obiurgavit vetere proverbio: τὰ μὲν διδόμενα [11]. Reliqua vide, et, quantum fieri potest, prospiciamus [12].

2 Etsi annuum tempus prope iam emeritum habebamus (dies enim XXXIII erant reliqui), sollicitudine provinciae tamen vel maxime urgebamur. Quum enim arderet Syria bello [13]; et Bibulus, in

questa, di essermi un buon tratto di via a te avvicinato, nondimeno ti prego mandarmi all'incontro, e spesso, novelle minute minute di ogni cosa, e massime quella di cui già ti avea scritto: « Il liberto di mo« gliama, chiaccherando spesso e sbalestrando nelle « ragunate e ne' circoli, credo abbia un cotal che « imbrogliato le ragioni de' beni del Crotoniata. » Or tu mettitene alla cerca, siccome suoli, e via meglio di quest'altra cosa. « Dalla città murata de' sette « Colli [1] fu rappresentato a Camillo il conto di ven« tiquattro mine [2], ed un debito di quarantotto; e « come esso dee ventiquattro mine de' beni del Cro« toniata, e del Cheronéo quarantotto, e che quan« tunque di certe eredità egli abbia avute mine sei« centoquaranta; tuttavia del debito non pagò pure « un danaio, quantunque il debito abbia la data del « calen del secondo mese, e 'l liberto di lui (avea il « nome del padre di Conone [3]) non se ne diede una « pena al mondo. Innanzi tratto vedi di salvar tutto; « l'altra, non dimenticar nè eziandio gl'interessi do« vuti dal giorno toccato di sopra. Tutti que' giorni « che ho tollerato colui, fui sempre in grande ran« cura: poichè egli era venuto per ispia, ed anche « sperava qualcosa; il che essendogli fallito, si fuggì a « rotta, dicendo: *Me ne vo; egli è vergogna lo star « molto, e guadagnar poco* [4];» e mi trafisse con quel proverbio: *Egli è da ricevere quel che viene* [5]. Del resto, fa tu; ed al possibile abbiamo ben l'occhio.

2 Quantunque io era quasi al ben servito dell'anno mio (chè soli trentatrè giorni restavano), io era tuttavia nella maggior pena del mondo a conto della provincia: conciossiachè nella Siria la guerra ardeva di forza [6]; e Bibulo, con tutto il suo dolor così grande [7],

tanto moerore suo, maximam curam belli sustineret; ad meque legati eius, et quaestor, et amici literas mitterent, ut subsidio venirem: etsi exercitum infirmum habebam, auxilia sane bona, sed ea Galatarum, Pisidarum, Lyciorum (haec enim sunt nostra robora); tamen esse officium meum putavi, exercitum habere quam proxime hostem, quoad mihi praeesse provinciae per senatus consultum liceret. Sed, quo ego maxime delectabar, Bibulus molestus mihi non erat [14]; de omnibus rebus scribebat ad me potius; et mihi decessionis dies λεληθότως obreptat. Qui quum advenerit, ἄλλο πρόβλημα, quem praeficiam; nisi Caldus [15] quaestor venerit; de quo adhuc nihil certi habebamus. Cupiebam mehercule longiorem epistolam facere; sed nec erat res, de qua scriberem; nec iocari prae cura poteram. Valebis igitur, et puellae salutem Atticulae [16] dices, nostraeque Piliae.

CCLXX. (Ad Att. VI, 7)

Argumentum. Quintum filium patris animum matri suae, Attici sorori, reconciliasse nuntiat, et quae ep. IV et V de Philotimo scripserat, iis aliquid addit. Praeterea de discessu suo, et de Tironis adversa valitudine scribit.

ne portava il peso maggiore; i legati di lui, il questore e gli amici mi scrivevano che io venissi loro in aiuto: nondimeno sebbene io avessi un esercito malconcio (buoni veramente gli aiuti, ma e' son di Galati, di Pisidi e di Licii: questo è il nostro nerbo), io ho giudicato del debito mio tener col mio esercito più stretto il nemico che io potessi per tutto questo tempo, che un senatoconsulto non mi richiamasse da questa provincia. E c'era anche di meglio, che oltre modo mi consolava, che Bibulo non mi fece punto ressa [8], e scrivendomi mi toccava tutt'altro, e intanto bel bello si venía avvicinando il giorno del mio dipartire. Ma venuto questo, ecco altra briga: mettere il sopracciò; se già non venisse Caldo il questore, del quale io non sapea nè qui nè qua. Io volea veramente scriver più lungo; ma, senza che io non ho di che, non mi sento, per l'angustia, in tempera di berteggiare. Adunque mi starai sano, ed alla fanciulla Attichetta ed alla nostra Pilia mille saluti.

CCLXX. (Ad Att. VI, 7)

Argomento. Gli conta come Quinto figliuolo avea rappacificato il padre con la moglie, sorella di Attico; e fa una giunta a quello che di Filotimo gli avea scritto nelle lettere IV e V. In oltre gli dice del suo partire, e della malsania di Tirone.

Scr. Tarsi A. V. C. DCCIII, mense Quintili.

CICERO ATTICO S.

Quintus filius, pie [1] sane, me quidem certe multum hortante, sed currentem [2] animum patris sui sorori tuae reconciliavit. Eum valde etiam tuae literae excitarunt. Quid quaeris? confido rem, ut volumus, esse. Bis ad te antea scripsi [3] de re mea familiari, si modo tibi redditae literae sunt, Graece, ἐν αἰνιγμοῖς [4]. Scilicet, nihil est movendum [5]. Sed tamen, ἀφελῶς percunctando de nominibus Milonis, et, ut expediat, ut mihi recepit, hortando, aliquid tu proficies [6]. Ego Laodiceae quaestorem Mescinium exspectare iussi, ut confectas rationes [7] lege Iulia apud duas civitates possim relinquere. Rhodum volo puerorum causa; inde quamprimum Athenas [8]: etsi etesiae valde reflant [9]; sed plane volo his magistratibus, quorum voluntatem in supplicatione sum expertus [10]. Tu tamen mitte mihi, quaeso, obviam literas, numquid putes rei publicae nomine tardandum esse nobis. Tiro ad te dedisset literas, nisi eum graviter aegrum reliquissem [11]. Sed nuntiant, melius esse. Ego tamen angor. Nihil enim illo adolescente castius, nihil diligentius.

Scritta da Tarso l'anno di Roma DCCIII, nel mese di Luglio.

CICERONE AD ATTICO S.

Il figliuol Quinto (bella pietà!), frugato anche assai da me, rimise in pace con tua sorella suo padre, essendo a lui molto bene avviato; ma e le tue lettere gliene diedero una buona spronata. Che ne vuoi tu? io mi confido che il desiderio nostro ne sia fornito. Io ti scrissi testè due lettere circa le mie cose di casa (se però ti furono consegnate) in greco a modo di indovinello. In somma non è da urtare; ma pure tastandolo semplicemente circa i beni di Milone, e confortandolo di cavarne le mani (come a me s'era obbligato), qualcosa ti verrà fatto. Io ordinai a Mescinio questore che mi dovesse aspettare in Laodicea, per poter io, fatte le ragioni secondo la legge Giulia, lasciarne la carta presso le due città. Vo' andar a Rodi, per amor de' fanciulli [1]; di là al più presto ad Atene, quantunque le etesie [2] traggono forte in contrario. Ma al tutto non vo' uscire da' magistrati presenti, del cui animo nell'opera del ringraziamento [3] ho buona prova. Tuttavia scrivimi (te ne prego) all'incontro, se forse tu credi, per conto della Repubblica, convenirci temporeggiare. Tirone ti avrebbe consegnata egli la lettera, se io non l'avessi dovuto lasciare gravemente malato; ma ne ho buone novelle: tuttavia sono in pena. Non è al mondo giovane più puro e diligente di lui.

CCLXXI. (Ad Div. II, 17)

Argumentum. Caninii Sallustiani, qui Bibuli procos. Syriae quaestor erat, binis literis respondet, prioribus, ad singula eo ordine quo rogaverat; 2 posterioribus, causas exponendo, quare illum Bibulo commendare non debeat; cui tamen morem gerit.

Scr. Tarsi A. V. C. DCCIII, circa XIV Kal. Sextiles.

M. T. CICERO IMP. CANINIO SALLVSTIO [1] PROQVAESTORI S. D.

1 Literas [2] a te mihi stator tuus reddidit Tarsi a. d. xvi Kalend. Sextiles. His ego ordine, ut videris velle, respondebo. De successore meo nihil audivi, nec quemquam fore arbitror. Quin ad diem [3] decedam, nulla causa est, praesertim sublato metu Parthico. Commoraturum me nusquam sane arbitror. Rhodum, Ciceronum causa puerorum, accessurum puto; neque id tamen certum. Ad urbem volo [4] quam primum venire; sed tamen iter meum rei publicae et rerum urbanarum ratio gubernabit. Successor tuus [5] non potest ita maturare ullo modo, ut tu me in Asia [6] possis convenire. De rationibus referendis [7], non erat incommodum, te nullam referre: quam tibi scribis a Bibulo fieri potestatem. Sed id vix mihi videris per legem Iuliam facere posse: quam Bibulus certa quadam

CCLXXI. (A Div. II, 17)

Argomento. 1 Risponde alle due lettere di Caninio Sallustiano, questore di Bibulo proconsolo della Siria: alla prima, punto per punto delle cose dimandategli; 2 alla seconda, sponendogli le ragioni, per le quali non gli conveniva raccomandarlo a Bibulo: e tuttavia fa il suo piacere.

Scritta da Tarso l'anno di Roma DCCIII, circa il 19 di Luglio.

M. T. CICERONE IMP. A CANINIO SALLUSTIO, PROQUESTORE [1], S.

1 Tue lettere mi consegnò il tuo bargello in Tarso a' 17 di luglio, alle quali risponderò per ordine, come tu mi mostri aver caro. Intorno al mio successore, nulla di nuovo, e nessuno ne aspetto: ma questo non guasta, che al dì posto io non lasci il governo, massimamente essendo tolta via la paura de' Parti. Io non credo d'avermi a fermare in nessun luogo; sì penso passare a Rodi per cagione de' Ciceroni [2]; e nè di questo medesimo sono ben risoluto. Vorrei essere al più presto sotto Roma; ma in questo viaggio io mi governerò secondo l'andare de' fatti pubblici e della città. Il tuo successor al tutto non può sollecitar tanto, che tu mi possi trovare nell'Asia. Quanto al non rendere punto delle ragioni, tu potevi farlo liberamente, avendone (come mi scrivi) avuta licenza da Bibulo: tuttavia io peno a credere che, stante la legge Giulia [3], tu possa farlo; comechè Bibulo, per certa peculiar sua

ratione non servat [8]; tibi magnopere servandam censeo. Quod scribis, Apamea praesidium deduci non oportuisse, videbam idem ceteros existimare; molesteque ferebam, de ea re minus commodos [9] sermones malivolorum fuisse. Parthi transierint [10], necne, praeter te, video dubitare neminem. Itaque omnia praesidia, quae magna et firma paraveram, commotus hominum non dubio sermone, dimisi. Rationes mei quaestoris [11] nec verum fuit me tibi mittere, nec tum erant confectae. Eas nos Apameae deponere cogitabamus. De praeda mea [12], praeter quaestores urbanos, id est, populum Romanum [13], teruncium nec attigit, nec tacturus est quisquam. Laodiceae me praedes [14] accepturum arbitror omnis pecuniae publicae, ut et mihi, et populo cautum sit, sine vecturae periculo [15]. Quod scribis ad me de drachmis cccıↄↄↄ, nihil est, quod in isto genere cuiquam possim commodare. Omnis enim pecunia ita tractatur, ut praeda, a praefectis; quae autem mihi attributa est, a quaestore curatur [16]. Quod quaeris quid existimem de legionibus, quae decretae sunt in Syriam: antea dubitabam, venturaene essent; nunc mihi non est dubium, quin, si antea auditum erit, otium esse in Syria, venturae non sint. Marium quidem successorem tandem [17] video esse venturum, propterea quod senatus ita decrevit, ut cum legionibus iret.

2 Uni epistolae respondi: venio ad alteram.

ragione, non osservi essa legge, troppo giudico io che tu debba osservarla tu. Quanto al presidio che tu di' non aver io dovuto levar d'Apamea [4], vedeva io bene che tutti così ne pensavano, e mi dolea forte del dire che ne faceano sfavorevolmente i maligni. Dell'essere, o no, ripassati i Parti, non so persona che ne dubiti, da te in fuori; il perchè, avendo io riguardo a ciò che tutti ne dicono, come di cosa certa, ho licenziati tutti i presidii che io ben grandi e sodi aveva posti qui e qua. Non fu punto vero che io a te mandassi i conti del mio questore; ed anche non erano allora forniti: io facea ragione di depositarli in Apamea. Della mia preda [5] (eccetto i questori urbani, cioè il popolo romano) nessun toccò, nè toccherà un picciolo [6]. In Laodicea riceverò, credo io, le malleverie di tutto il danaro, per guarentir me e 'l popolo dal pericolo della recatura. Quanto alle cento mila dramme di che mi scrivi, io non posso di ciò far servigio a nessuno: conciossiachè tutta la bisogna del danaro procede così, che la preda da' prefetti, e la parte assegnata a me amministrasi dal questore [7]. Tu vuoi sapere delle legioni ordinate per la Siria quel che io ne pensi: per l'avanti io stava tra il verranno ed il no; al presente non ho un dubbio al mondo che elle (saputosi prima della pace di Siria) non ci verranno. Quanto a Mario [8] tuo successore, veggo bene che dovrà alla fine venire: conciossiachè questo era l'ordine del Senato, che egli s'accompagnasse colle legioni.

2 Ecco risposto alla tua prima lettera: vengo alla

sisse [29] scribit; quod vero illius erat solius, id mecum communicat: *Equitibus auxiliariis*, inquit, *quum amplius supplementi* [30] *postularemus.* Illud vero pusilli animi, et ipsa malivolentia ieiuni atque inanis, quod Ariobarzanem, quia senatus per me regem appellavit, mihique commendavit, iste in literis non regem, sed regis Ariobarzanis filium [31] appellat.

Hoc animo qui sunt, deteriores fiunt rogati [32].

Sed tibi morem gessi: literas ad eum scripsi, quas quum acceperis, facies quod voles. Vale.

CCLXXII. (Ad Div. VIII, 13)

Argumentum. 1 Gratulatur Ciceroni affinitatem Dolabellae, qui Tulliam eius filiam duxerat. 2 Narrat de intercessione Curionis et de provinciis quid actum sit; 3 denique Hortensium animam agere nuntiat.

Scr. Romae A. V. C. DCCIII, mense Iun.

CAELIVS CICERONI S.

1 Gratulor tibi affinitate [1] viri medius fidius optimi. Nam hoc ego de illo existimo. Cetera porro, quibus adhuc ille sibi parum utilis fuit, et aetate iam sunt decussa [2], et consuetudine atque auctoritate tua, et pudore [3] Tulliae, si qua restabunt confido celeriter sublatum iri. Non est enim pu

lui, volle tirare in parte anche me, con queste parole: *Facendo noi maggior richiesta di supplimento per la cavalleria degli aiuti.* Segno poi di animo misero, e per essa malvoglienza vile e da nulla, si fu che egli nelle sue lettere quell'Ariobarzane [13], a cui il Senato per mezzo mio diede il nome di Re, ed a me il volle raccomandare, non Re, ma lo nomina figliuol di Re.

Le persone di si fatto animo, a pregarli peggiorano via più.

Tuttavia ho voluto compiacertene: ecco lettera a lui; tu ricevutala, ne farai tuo piacere. A Dio.

CCLXXII. (A Div. VIII, 13)

Argomento. 1 Si congratula con Cicerone dell'affinità di Dolabella, che avea sposato la figliuola sua Tullia. 2 Gli conta dell'opposizion fatta da Curione, e l'avvenuto circa le provincie. 3 Da ultimo gli dice, Ortensio essere in sul morire.

Scritta da Roma l'anno DCCIII, nel mese di Giugno.

CELIO A CICERONE S.

1 Io mi rallegro con te dell'averti fatto genero una persona ottima in fede mia [1]. Or le altre cose, nelle quali egli fino ad ora provvide poco al suo buon nome, sono già coll'età sua dileguate; e se nulla ci resta, spero che per la dimestichezza ed autorità tua, per la modestia di Tullia, di corto sieno per affatto svanire; conciossiachè ne' vizi non è pertinace, nè tardo

gnax in vitiis, neque hebes [4] ad id, quod melius sit, intelligendum. Deinde (quod maximum est) ego illum valde amo.

2 Voles, Cicero, Curionem [5] nostrum lautum intercessionis [6] de provinciis exitum habuisse. Nam quum de intercessione referretur, quae relatio fiebat [7] ex senatus consulto, primaque M. Marcelli sententia pronuntiata esset, qui agendum cum tribunis [8] plebis censebat: frequens senatus in alia omnia iit [9]. Stomacho est scilicet Pompeius Magnus [10] nunc ita languenti, ut vix id, quod sibi placeat, reperiat. Transierant [11] illuc, ut ratio esset eius habenda [12], qui neque exercitum, neque provincias tradere vellet. Quemadmodum hoc Pompeius laturus sit, quum cognoscat, quidnam rei publicae futurum sit, si aut non possit, aut non curet [13], vos senes divites videritis.

3 Q. Hortensius, quum has literas scripsi, animam agebat.

CCLXXIII. (Ad Div. II, 15)

Argumentum. 1 Gratias agit Caelio pro confecta supplicatione. 2 Laetatur Dolabellam ab eo laudari et amari. 3 Solicitum se de re publica esse fatetur. 4 Cur Caelium Caldum quaestorem provinciae praeposuerit, exponit. 5 Addit quaedam de Ocella, et se eum mox visurum sperat.

a vedere che sia il meglio: in somma (e questo val tutto) io gli voglio un ben pazzo.

2 Ma vedi tu, Cicerone, come Curion nostro, nella opposizion sua alle provincie, vinse la prova solennemente? imperocchè ponendosi, in forza di senatoconsulto, il partito sopra la opposizion sua, ed avendo M. Marcello recitata il primo la sua sentenza, la qual era, che si entrasse in pratica co' tribuni della plebe, i più de' senatori si straniaron di lui[2] (conciossiachè Pompeo Magno sia ora venuto in tanto languore di spirito, che non sa bene egli medesimo quello che s'abbia a fare); ed erano determinati che a Cesare convenisse avere rispetto, comechè nè l'esercito, nè le provincie volesse rassegnare. Ora, come Pompeo se la sia per inghiottire, sapendo ciò, quello che la Repubblica si debba aspettare, se egli se ne dia pena, o no, a voi vecchi e ricchi io lo lascio da giudicare.

3 Scrivendo io questa, Q. Ortensio[3] è al lumicino.

CCLXXIII. (A Div. II, 15)

Argomento. 1 Ringrazia Celio dell'effetto dato al ringraziamento; 2 e si consola che egli amasse e lodasse Dolabella. 3 Gli confessa la sua pena per conto della Repubblica. 4 Gli mostra il perchè egli abbia posto sopra la provincia il questore Celio Caldo. 5 Aggiunge qualcosa circa Ocella, e gli dice di sperare di tosto vederlo.

Scr. Sidae fortasse, A. V. C. DCCIII, mense Quint. ex.

M. T. C. IMP. M. CAELIO AEDILI CVRVLI S. D.

1 Non potuit accuratius agi, nec prudentius, quam actum est a te cum Curione de supplicatione[1]: et hercle, confecta res est ex sententia mea, quum celeritate, tum quod is, qui erat iratus, competitor tuus, et idem meus[2], assensus est ei, qui ornavit[3] res nostras divinis laudibus. Quare scito me sperare ea, quae sequuntur[4]: ad quae tu te para.

2 Dolabellam a te gaudeo primum laudari, deinde etiam amari. Nam ea[5], quae speras Tulliae meae prudentia temperari posse, scio, cui tuae epistolae respondeant[6]. Quid, si meam legas[7], quam ego tum ex tuis literis misi ad Appium? Sed quid agas[8]? Sic vivitur. Quod actum est, dii approbent. Spero fore iucundum generum nobis; multumque in eo tua nos humanitas adiuvabit.

3 Res publica me valde solicitat. Faveo Curioni; Caesarem honestum esse cupio[9]; pro Pompeio emori possum. Sed tamen ipsa re publica nihil mihi est carius: in qua tu non valde te iactas[10]. Districtus enim mihi videris esse, quod et bonus civis, et bonus amicus es.

4 Ego de provincia decedens, quaestorem Cae-

Scritta da Sida forse, l'anno di Roma DCCIII, all'uscir di Luglio.

M. T. CICERONE IMP. A M. CELIO, EDILE CURULE, S.

1 Non si potea più per filo e per segno, nè con più avvedimento menar la pratica con Curione, che tu hai fatto per conto del ringraziamento: e, in mia coscienza, la cosa fu conchiusa secondo il mio gusto; sì per la prestezza, e sì per avere quel competitor tuo e mio [1], che era crucciato, assentito a colui [2] che le cose da me operate levò fino al cielo: il perchè io spero che noi forniremo la danza; al che tu mettiti a ordine.

2 Io gongolo che tu lodi Dolabella, ed anche che tu lo ami. Quello che tu scrivi di sperare, che la saviezza della mia Tullia debba recare in sesto [3], veggo io bene a quale accenni delle tue lettere: or che direstu, leggendo la mia scritta ad Appio [4], alla norma delle tue? Ma che vuol farsi? egli è da pigliar il mondo come egli viene [5]. Gli Dei benedicano ciò che è fatto: certo io spero d'averne un genero fatto per me; in questo la tua umanità ci darà ben di spalla.

3 La Repubblica mi tiene in pena. Io porto Curione; desidero che Cesare ne esca ad onore; per Pompeo metterei la vita: e tuttavia sopra tutti ho nel cuor la Repubblica; per essa veggo che tu non ti dai troppa faccenda: mi ti par vedere infra due, tra buon cittadino e buono amico.

4 Rassegnando io la provincia, ci ho lasciato al go-

lium [11] praeposui provinciae. Puerum, inquies. At quaestorem; at nobilem adolescentem; at omnium fere exemplo [12]. Neque erat superiore honore usus, quem praeficerem. Pomtinius multo ante discesserat. A Quinto fratre impetrari non poterat [13]; quem tamen si reliquissem, dicerent iniqui, non me plane post annum, ut senatus voluisset [14], de provincia decessisse, quoniam alterum me reliquissem. Fortasse etiam illud [15] adderent, senatum eos voluisse provinciis praeesse, qui antea non praefuissent [16]; fratrem meum triennium Asiae praefuisse. Denique nunc solicitus non sum: si fratrem reliquissem, omnia timerem. Postremo non tam mea sponte, quam potentissimorum duorum [17] exemplo, qui omnes Cassios, Antoniosque [18] complexi sunt, nobilem adolescentem [19] non tam allicere volui, quam alienare nolui. Hoc tu meum consilium laudes necesse est. Mutari enim non potest.

5 De Ocella [20] parum ad me plane scripseras: et in actis non erat. Tuae res gestae [21] ita notae sunt, ut trans montem Taurum etiam de Matrinio [22] sit auditum. Ego, nisi quid me etesiae [23] morabuntur, celeriter, ut spero, vos videbo. Vale.

CCLXXIV. (Ad Div. XV, 11)

Argumentum. Supplicatione sibi decreta, gratias agit consuli, et propediem ad urbem se fore significat.

verno Celio questore [6]. Un ragazzo, tu di'. Vero; ma questore, ma nobile giovanetto, ma così fanno tutti; e non avea a mano da metterci persona di più alto grado. Pontinio [7] era partito, già un pezzo; Quinto fratelmo, non ci fu verso da recarvelo: e tuttavia a lasciarvi lui, avrebbono detto i maligni che io avrei allungato il mio governo più là dell'anno, come il Senato volea; conciossiachè io avrei lasciatovi un altro me; e forse ci aggiugnerebbono, voler il Senato che al reggimento delle provincie fossero posti di tali che non ci fossero stati prima: or mio fratello aver governato l'Asia per ben tre anni. In somma io sono ora fuori di pena; lasciandovi il fratello, io sarei morto di paura. Da ultimo, in questo, non il mio consiglio, ma ho seguíto l'esempio di due uomini potentissimi [8], i quali tutti i Cassii e gli Antonii si tirarono in seno; e non tanto m'ho voluto far amico questo giovane, quanto non volli nemico. Or questo mio consiglio ti è pur giuocoforza di lodare, quando non è possibile di mutarlo.

5 Di Ocella [9] mi scrivesti bene assai scarso; ed anche non è notato negli atti. Le tue imprese sono trombettate sì forte, che di là dal monte Tauro fu sentito eziandio di Matrinio [10]. Io (se le etesie [11] non mi sconciano per qualche dì) spero di rivedervi di corto. A Dio.

CCLXXIV. (A Div. XV, 11)

Argomento. Ringrazia il cónsolo del decreto fatto sopra il ringraziamento, e gli significa come di corto egli sarà sotto Roma.

Scr. in Cilicia A. V. C. DCCIII, mense Quint.

M. T. CICERO IMP. C. MARCELLO COS.[1] S. P. D.

Quantae curae tibi meus honos[2] fuerit, et quam idem exstiteris consul in me ornando et amplificando, qui fueras semper cum parentibus tuis[3], et cum tota domo, etsi res ipsa loquebatur, cognovi tamen ex meorum omnium literis. Itaque nihil est tantum, quod ego non tua causa debeam, facturusque sim quum studiose, tum libenter[4]. Nam magni interest, cui debeas[5]. Debere autem nemini malui, quam tibi, cui me quum studia communia, beneficia paterna, tuaque iam ante coniunxerant[6]: tum accedit, mea quidem sententia, maximum vinculum, quod ita rem publicam geris atque gessisti (qua mihi carius nihil est), ut, quantum tibi omnes boni debeant, quo minus tantumdem ego unus debeam, non recusem. Quamobrem tibi velim hi sint exitus, quos mereris, et quos fore confido. Ego, si me navigatio non morabitur, quae incurrebat in ipsos[7] etesias, propediem te, ut spero, videbo.

Scritta dalla Cilicia l'anno di Roma DCCIII, nel mese di Luglio.

M. T. CICERONE IMP. A C. MARCELLO, CONSOLE, S.

Quanta pena tu ti sii data de' miei onori, e come tu così console non ti sei mutato, nelle cose di mio servigio ed ingrandimento, da quello che sempre fosti tu, i tuoi genitori e tutta la tua famiglia, il fatto medesimo lo diceva: e tuttavia io ne fui meglio certificato per le lettere di tutti i miei. Adunque tutto il mondo non aggiunge al debito mio verso di te, ed a quello che io sono per fare, non pur con zelo, ma con piacere: e certo troppo importa, se tu più ad uno che ad un altro sii debitore. Or io a nessun altro amo meglio di essere debitore, che a te, al quale io mi sento legato per gli studi comuni, per li benefizii del padre tuo, e tuoi propri anche prima del consolato. E questo legame è tuttavia più raggroppato, secondo il parer mio, da ciò, che nella Repubblica (la quale è tutto il mio amore) tu ti porti e portasti in modo, che nel debito che hanno teco tutte le buone persone, io non vo' essere il solo che non me ne voglia pigliare altrettanta parte che gli altri. Per la qual cosa io desidero di veder di te quel successo che tu meriti, e di che io mi tengo sicuro. Io, salvo se il mio navigare non mi sconci, il qual cade appunto nel muovere delle etesie, spero vederti di giorno in giorno.

CCLXXV. (Ad Div. III, 12)

Argumentum. 1 Gratulatur Appio de iudicio ambitus, quo omnibus iudicum sententiis absolutus est. 2 Nuptias Tulliae cum Dolabella, Appii accusatore, excusat, se absente et insciente confectas, quibus ipse ad declarandam Appio benivolentiam factus sit diligentior. 3 Idem iis, quae literis de Tulliae matrimonio acceptis, Servilio Appii familiari dixerit, confirmat.

Scr. Sidae A. V. C. DCCIII, III. Non. Sext.

M. T. CICERO APPIO PVLCHRO [1] S. D.

1 Gratulabor tibi prius (ita enim rerum ordo postulat), deinde ad me convertar. Ego vero vehementer gratulor de iudicio ambitus: neque id, quod nemini dubium fuit, absolutum esse te [2]; sed illud (quod, quo melior civis, quo vir clarior, quo fortior amicus es, quoque plura virtutis et industriae ornamenta in te sunt, eo mirandum est magis [3]), nullam ne in tabellae quidem latebra [4] fuisse absconditam malivolentiam, quae te impugnare [5] auderet. Non horum temporum, non horum hominum atque morum negotium [6]! nihil iam sum pridem admiratus magis.

2 De me autem, suscipe paullisper meas partes, et eum te esse finge, qui sum ego: si facile inveneris quod dicas, noli ignoscere haesitationi

CCLXXV. (A Div. III, 12)

Argomento. 1 Si rallegra con Appio che a pieni voti fosse da' giudici assoluto nella causa di broglio. 2 Se gli scusa delle nozze di Tullia con Dolabella accusatore di Appio, essendo fatte lui lontano e nesciente, le quali lo aveano renduto più sollecito di mostrare ad Appio la sua benevolenza. 3 In oltre gli conferma quelle cose che, ricevute le lettere del matrimonio di Tullia, avea scritte a Servilio amico di Appio.

Scritta da Sida l'anno di Roma DCCIII, il 3 di Agosto.

M. T. CICERONE AD APPIO PULCRO S.

1 Fatte prima teco le mie congratulazioni (così vuole l'ordine delle cose), verrò poi a me [1]. Senza fine adunque mi congratulo del giudizio circa le pratiche; e non mica dell'essere tu stato assoluto (chè niuno ne dubitava), ma sì di questo, che, quanto tu se' miglior cittadino, personaggio più illustre, più forte amico, e fornito di più testimonianze di virtù e diligenza; tanto era più maraviglia che nel dare de' voti [2] non fosse pur di soppiatto alcun cenno di occulta malevolenza che osasse oppugnarti: cosa non da questi tempi, nè dalle persone, nè da' costumi di oggidì. Egli è un pezzo che di nulla io feci le maraviglie più grandi.

2 Quanto all'affar mio, mettiti per un poco ne' panni miei, e fàtti me stesso; e se tu trovi cosa da apporre, non mi perdonare questo mio stare infra due. Or io

meae [7]. Ego vero velim mihi, Tulliaeque meae, sicut tu amicissime et suavissime optas, prospere evenire ea, quae, me insciente, facta sunt a meis [8]: sed ita cecidisse, ut agerentur eo tempore [9], spero omnino cum aliqua felicitate, et opto. Verumtamen plus me in hac spe tua sapientia [10] et humanitas consolatur, quam opportunitas temporis. Itaque, quemadmodum expediam exitum huius institutae orationis, non reperio. Neque enim tristius dicere quicquam debeo ea de re [11], quam tu ipse ominibus optimis prosequeris. Neque non me tamen mordet aliquid [12]. In quo unum non vereor [13], ne tu parum perspicias, ea, quae gesta sunt, ab aliis [14] esse gesta, quibus ego ita mandaram, ut, quum tam longe afuturus essem, ad me ne referrent; agerent, quod probassent. In hoc autem mihi illud occurrit: Quid tu igitur, si affuisses [15]? Rem probassem. De tempore [16], nihil te invito, nihil sine consilio egissem tuo. Vides sudare me, iamdudum laborantem, quomodo ea tuear, quae mihi tuenda sunt, et te non offendam. Leva me igitur hoc onere. Numquam enim mihi videor tractasse causam [17] difficiliorem. Sic habeto tamen: nisi iam tunc omnia negotia cum summa tua dignitate diligentissime confecissem, tametsi nihil videbatur ad meum erga te pristinum studium addi posse; tamen hac mihi affinitate nuntiata [18], non maiore equidem studio, sed acrius, apertius, significantius dignitatem tuam defendissem.

desidero che a me ed alla mia Tullia (come fai tu, da vero e soavissimo amico) riesca a maggior bene ciò che da' miei, nesciente me, fu operato; ma che quest'opera cadesse in quel tempo appunto che cadde, io desidero e spero dover essere stato per lo migliore; quantunque essa mia speranza mi sia più ravvivata dalla tua saggezza e benignità, che al detto scontro del tempo. Per la qual cosa io non trovo la via di uscire dal presente proposito: da che ne debbo rimordermi di un fatto, al quale tu medesimo fai ogni augurio migliore, e tuttavia non ne posso essere senza qualche rammarico. Di sola una cosa non posso io dubitare, che tu non vegga que' cotali aver fatto quello che han fatto, per aver avuto da me ordine di fare (in tanta mia lontananza) quello che fosse loro paruto il meglio, senza meco parteciparlo. Se non che un'obbiezion tua mi dà innanzi: che avrestù fatto, essendoci tu? Io avrei benedetto la cosa; quanto al tempo, niente contro tua voglia, niente avrei fatto senza il tuo consiglio. Tu vedi che io sudo (egli è un pezzo) studiando un acconcio da mantenere le cose che mantenere mi si convengono, senza urtar tèco. Adunque toglimi questo peso d'addosso: chè non mi ricordo aver mai avuto alle mani causa più avviluppata di questa. Nondimeno vivi sicuro che (se io non avessi già con ogni maggior diligenza dato spaccio a tutte le cose con ogni riguardo alla tua dignità), quantunque il mio zelo per te non paresse poter ricevere crescimento; tuttavia, dopo saputo di questa affinità, io avrei, non già con più affetto, ma con più forza e con espressione più manifesta mantenuta la tua dignità.

3 Decedenti mihi, iam [19] imperio annuo terminato, ante diem III Nonas Sextiles, quum ad Sidam [20] navi accederem, et mecum Q. Servilius esset, literae a meis sunt redditae. Dixi statim Servilio (etenim videbatur esse commotus [21]), ut omnia a me maiora exspectaret. Quid multa? benivolentior tibi, quam fui, nihilo sum factus; diligentior ad declarandam benivolentiam multo. Nam, ut vetus nostra simultas antea stimulabat me, ut caverem, ne cui suspicionem ficte reconciliatae gratiae darem; sic affinitas nova [22] curam mihi affert cavendi, ne quid de summo meo erga te amore detractum esse videatur. Vale.

CCLXXVI. (Ad Att. VI, 6)

Argumentum. 1 De Dolabellae affinitate; 2 de Attici largitione in Athenienses; 3 de Hortensii morte; 4 de Caelio quaestore provinciae praefecto; 5 de spe triumphi.

Scr. Sidae A. V. C. DCCIII, mense Sext.

CICERO ATTICO S.

1 Ego, dum in provincia omnibus rebus Appium orno, subito sum factus accusatoris [1] eius socer. Id quidem, inquis, dii approbent [2]. Ita velim: teque ita cupere certo scio. Sed crede mihi, nihil minus putaram ego, qui de Ti. Nerone, qui

3 Essendo io sul partire [3], conchiuso già con l'anno il mio reggimento a' 3 d'agosto, quando io era vicino a Sida (ed era meco Q. Servilio) ebbi tue lettere. Dissi dunque a Servilio, il qual mi parea riversato, che di me si dovesse promettere ogni possibile. Per finirla: più affezionato che io mi ti fossi, non diventai d'una dramma, sì al provarti la mia benvoglienza molto più riscaldato. Imperocchè, siccome la nimistà antica stata fra noi mi punzecchiava a star sull'avviso di non dare sospetto di simulata riconciliazione, così al presente la sopravvenuta affinità mi tiene in più sollecita guardia di non dar cagione di credere scemato di nulla il sommo amor mio. Sta sano.

CCLXXVI. (Ad Att. VI, 6)

Argomento. 1 Dell'affinità di Dolabella; 2 dello spendio fatto da Attico verso gli Ateniesi; 3 della morte di Ortensio; 4 del questor Celio posto al governo della provincia; 5 della speranza del trionfo.

Scritta da Sida l'anno di Roma DCCIII, nel mese di Agosto.

CICERONE AD ATTICO S.

1 In quella che io a piè e a cavallo m'adopero di favorir Appio nella provincia, repentinamente son divenuto suocero del suo accusatore. Dio 'l benedica, dirai tu [1]. Sia pur così, come io sono ben certo che altresì tu desideri. Ma, credimi, io avrei prima creduto che cascasse il mondo: e infatti io avea mandati

mecum egerat [3], certos homines ad mulieres miseram; qui Romam venerunt, factis sponsalibus. Sed hoc spero melius. Mulieres quidem valde intelligo delectari obsequio et comitate adolescentis. Cetera noli ἐξακανθίζειν [4].

2 Sed heus tu, πυροὺς εἰς δῆμον [5] Athenis? Placet hoc tibi? etsi non impediebant mei certe libri [6]: non enim ista largitio fuit in cives, sed in hospites [7] liberalitas. Me tamen de Academiae προπύλῳ [8] iubes cogitare; quum iam Appius de Eleusine non cogitet [9].

3 De Hortensio [10] te certo scio dolere. Equidem excrucior. Decreram [11] enim cum eo valde familiariter vivere.

4 Nos provinciae praefecimus Caelium [12]. Puerum, inquies, et fortasse fatuum, et non gravem, et non continentem. Assentior: fieri non potuit aliter. Nam quas multo ante tuas acceperam literas, in quibus ἐπέχειν te scripseras, quid esset mihi faciendum de relinquendo; eae me pungebant. Videbam enim, quae tibi essent ἐποχῆς causae; et erant eaedem mihi: puero tradere me [13]? fratri autem? illud non utile nobis. Nam praeter fratrem nemo erat, quem sine contumelia quaestori, nobili praesertim, anteferrem [14]. Tamen, dum impendere Parthi videbantur, statueram fratrem relinquere, aut etiam rei publicae causa contra senatus consultum ipse remanere: qui postea, quam in-

fidati messi alle donne mie, per conto di Tib. Nerone [2], il quale me n'avea fatto motto; ma eglino arrivarono a Roma a sponsalizie conchiuse. Ma forse fie meglio così. Certo io veggo le donne assai consolate [3] della osservanza e dolcezza del giovane; nelle altre spine non metter la mano.

2 Ma che, sozio! *il grano fra 'l popolo* in Atene, eh? or puo' tu lodartene? [4] quantunque i miei libri non tel vietavano, no: da che ciò non fu un largheggiare fra' cittadini, sì una liberalità verso gli ospiti. Ma e tu mi conforti di pensare della loggia dell' Accademia, quando Appio s'è tolto giù dal pensiero di quella d'Eleusine.

3 Il caso di Ortensio credo io ben che a te dolga [5]; io certo me ne consumo: chè avea fatto ragione di passarmi con lui come due fratelli.

4 Nella provincia lasciai presidente Celio: Un ragazzo, dirai tu, e forse un bel pazzo, non grave, non ammoderato. Tu di' vero; ma e' non se ne poteva altro. Ben mi punzecchiavano quelle tue lettere di un pezzo fa, nelle quali tu mi ti mostravi in ponte circa la persona che io dovessi lasciare: e vedea io le ragioni che tu avevi d'essere così infra due circa il lasciare un fanciullo, e me moveano altresì; ma aveva io a lasciare il fratello? non v'era il mio conto; e dal fratello in fuori, non c'era alcuno da porre senza ingiuria innanzi ad un questore, massimamente nobile. Tuttavia avendo noi, come mostravano, i Parti addosso, io era deliberato di lasciarvi il fratello; ovvero anche, per amore della Repubblica, io medesimo contra un senatoconsulto rimaner qui; ma essendo eglino (che fu fortuna da non credere) dileguati, non ci resta più un dubbio al mondo. Io vedeva anche il dire

credibili felicitate discesserunt, sublata dubitatio est. Videbam sermones: hui! fratrem reliquit [15]? num est hoc, non plus annum obtinere provinciam? quid, quod senatus eos voluit praeesse provinciis, qui non praefuissent? at hic triennium [16]. Ergo haec ad populum [17]. Quid, quae tecum? Numquam essem sine cura, si quid iracundius, aut contumeliosius, aut negligentius [18]; quae fert vita hominum. Quid, si quid filius puer, et puer bene sibi fidens [19]? qui esset dolor? quem pater non dimittebat [20]; teque id censere, moleste ferebat. At nunc Caelius, non dico equidem, quid egerit; sed tamen multo minus laboro [21]. Adde illud: Pompeius, eo robore vir, iis radicibus, Q. Cassium sine sorte delegit [22], Caesar Antonium; ego sorte datum offenderem? ut etiam inquireret in eum [23], quem reliquissem? Hoc melius; et huius rei plura exempla: senectuti quidem nostrae profecto aptius. At te apud eum, dii boni! quanta in gratia posui! eique legi literas non tuas, sed librarii tui [24].

5 Amicorum literae me ad triumphum vocant; rem a nobis, ut ego arbitror, propter hanc παλιγγενεσίαν nostram [25], non negligendam. Quare tu quoque, mi Attice, incipe id cupere; quo nos minus inepti videamur.

6 Ego a Curio tabulas [42] accepi, quas mecum porto. Hortensii legata [43] cognovi. Nunc aveo scire, quid hominis sit [44], et quarum rerum auctionem instituat. Nescio enim, cur, quum portam Flumentanam Caelius occuparit [45], ego Puteolos non meos faciam.

7 Venio ad Piraeea, in quo magis reprehendendus sum, quod homo Romanus *Piraeea* scripserim [46], non *Piraeeum* (sic enim omnes nostri locuti sunt), quam quod *in* addiderim. Non enim hoc [47] ut oppido praeposui, sed ut loco: et tamen Dionysius noster, qui est nobiscum, et Nicias Cous non rebatur, oppidum esse Piraeea. Sed de

querela, quantunque in buona verità egli non è stato per mia negligenza, ma per la folla delle brighe datemi dagli amici. Adunque (secondo che tu mi ti profferi) mi gioverò dell'opera tua e del consiglio; nè però credo d'averti in ciò troppa briga.

5 De' ginocchielli [14] della mia corte non ti resta più da dolerti: conciossiachè egli riebbero se medesimi, scossi all'esempio dell'integrità mia; ma nessuno m'avea sconciato più di colui, che tu men di tutti ti aspetti. Ma egli, come era al principio, così al presente è tornato una coppa d'oro; se non che, in sul mio uscir di governo, mi fece vedere che egli avea sperato qualcosa; ma e' non tenne la piega che avea preso per un po' di tempo, anzi prestamente tornò allo stato di prima; e vinto alle dimostrazioni di sommo onore fattegli da me, se ne tenne meglio pagato che da un tesoro.

6 Ebbi da Curio il testamento, che porto con me; ho veduto i legati di Ortensio. Or desidero forte di sapere che sia di lui, e quali cose egli pensi di mettere all'incanto: e certo io non intendo il perchè, avendo Celio occupata la porta Flumentana, io non debba altresì far mio Pozzuolo [15].

7 Vengo ora al *Piraeea* [16]: nel che maggior fallo fu il mio d'avere così uom romano scritto *Piraeea* in luogo di *Piraeeum* (come parlarono tutti i nostri), di quello che dell'averci aggiunto lo *in*: conciossiachè non l'ho aggiunto come ad una terra, ma come ad un luogo; sebben il nostro Dionisio (che ho qui meco) e Nicia Coo non credono *Piraeea* essere una terra. Ma vedrò meglio. Certo, se qui c'è niun mio fallo, sta

re videro. Nostrum quidem si est peccatum, in eo est, quod, non ut de oppido locutus sum, sed ut de loco; secutusque sum, non dico Caecilium,

Mane ut ex portu in Piraeeum

(malus enim auctor latinitatis est); sed Terentium, cuius fabellae [48], propter elegantiam sermonis, putabantur a C. Laelio scribi:

Heri aliquot adolescentuli coimus in Piraeeum,

et idem:

Mercator hoc addebat, captam e Sunio.

Quod si δήμους oppida volumus esse; tam est oppidum Sunium, quam Piraeeus.

8 Sed, quoniam grammaticus es, si hoc mihi ζήτημα persolveris [49], magna me molestia liberaris. Ille [50] mihi literas blandas mittit. Facit idem pro eo Balbus [51]. Mihi certum est, ab honestissima sententia digitum nusquam [52]. Sed scis illi reliquum quantum sit [53]. Putasne igitur verendum esse, ne aut obiiciat id nobis aliquis, si languidius, aut repetat, si fortius [54]? Quid ad haec reperis? Solvamus, inquis. Age, a Caelio mutuabimur. Hoc tu tamen consideres velim. Puto enim, in senatu si quando praeclare pro re publica dixero, Tartessium [55] istum tuum mihi exeunti: « Iube sodes nummos curare [56]. »

qui, che io l'ho usato, non come di una terra, ma come di un luogo, andando dietro, non dirò a Cecilio [17] (malo latinista), che ha:

Mane ut ex portu in Piraeeum,

ma Terenzio, le cui commedie son di tale eleganza di lingua da esser credute di C. Lelio; ed egli ha:

Heri aliquot adolescentuli coimus in Piraeeum,

ed altrove:

Mercator hoc addebat, captam e Sunio.

Ora se i *villaggi* [18] sogliamo porre per terre, tanto è Sunio una terra, quanto il Pireo.

8 Ma se tu, che se' grammatico, mi solvi questa questione, m' avrai cavato d' un gran pensiero. Il cotale mi mandò lettere melate, e così Balbo per lui. Io son deliberato di non mutarmi quant' è il grosso d' un foglio da' sentimenti della più stretta onestà; ma tu sai quanto resto di debito io ho con lui. Credi tu dunque che io debba temere che, allentandomi io, alcuno mi getti in viso questo mio debito? o che tenendo io sodo, mi sia detto: E tu paga? Che stiva ci trovi tu? Pagalo, mi rispondi. Su, piglierai a interesse da Celio [19]. Va bene; ma pensaci meglio: conciossiachè, se avvenga mai che io in Senato faccia un solenne sbraccio per la Repubblica, quel tuo Tartessio [20], uscend' io, mi dica: Frate, spegni questa partita.

9 Quid superest? Etiam. Gener [57] est suavis mihi, Tulliae, Terentiae: quamtumvis vel ingenii, vel humanitatis. Satis [58]. Reliqua, quae nosti, ferenda. Scis enim, quos aperuerimus [59]: qui omnes, praeter eum, de quo per te egimus, rem me facere rentur [60]. Ipsis enim expensum nemo ferret [61]. Sed haec coram. Nam multi sermonis sunt.

10 Tironis reficiendi [62] spes est in M'. Curio, cui ego scripsi, tibi eum gratissimum facturum. Dat. [63] V Idus Decemb. a Pontio ex Trebulano.

CCXCV. (Ad Att. VII, 4)

Argumentum. 1 Dionysium Attici libertum ad eum Romam missum laudat; 2 quid Pompeius secum de impendente bello civili locutus sit, refert.

Scr. fortasse in Arcano A. V. C. DCCIII, circa Id. Dec.

CICERO ATTICO S.

1 Dionysium, flagrantem desiderio tui, misi ad te [1], nec mehercule aequo animo; sed fuit concedendum: quem quidem cognovi quum doctum, quod mihi iam ante erat notum, tum sanctum, plenum [2] officii, studiosum etiam meae laudis, frugi hominem, ac, ne libertinum laudare videar [3], plane virum bonum.

9 C'è egli altro? Sì, questo: Il genero va a sangue a me, alla Tullia ed a Terenzia: egli ha sì d'ingegno, sì di bontà, da ben contentarcene. Alle altre tecche, che tu ben sai, è da chiuder l'occhio: imperocchè tu sai, altari che negli altri abbiamo scoperto, i quali tutti (da quello in fuori per lo quale tu fosti mezzano) dicevano che io n'avrei avuto il fatto mio, quando non è uomo che loro credesse un danaio [21]. Ma di ciò a bocca: chè le son cose da non correre.

10 La speranza della riavuta di Tirone sta in M'. Curio, al quale ho scritto che tu ne lo baceresti. A' 9 di dicembre, dal Trebulano di casa Ponzio.

CCXCV. (Ad Att. VII, 4)

Argomento. 1 Loda Dionisio libertò di Attico mandatogli a Roma; 2 gli racconta il ragionamento fattogli da Pompeo circa l'imminente guerra civile.

Scritta forse dall'Arcano l'anno di Roma DCCIII., circa a' 13 del mese di Dicembre.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Dionisio moriva di vederti: e 'l mando, e di mal cuore, ti giuro. Ma come negarglielo? avendolo io trovato non pure uomo dotto (che già prima il sapea), ma e un gioiello pieno di gentilezza, e tenero del mio onore e buon massaio, e, per non parere di fare il panegirico ad un libertino [1], al tutto una persona compita.

2 Pompeium vidi IIII Id. Decembres: fuimus una horas duas fortasse [4]. Magna laetitia mihi visus est affici meo adventu; de triumpho hortari, suscipere partes suas [5]; monere, ne ante in senatum accederem, quam rem confecissem [6], ne dicendis sententiis aliquem tribunum alienarem. Quid quaeris? in hoc officio [7] sermonis nihil potuit esse prolixius. De re publica autem ita mecum locutus est, quasi non dubium bellum haberemus. Nihil ad spem concordiae; plane illum [8] ab se alienatum, quum ante intelligeret, tum vero proxime iudicasse: venisse [9] Hirtium a Caesare, qui esset illi familiarissimus, ad se non accessisse; et quum ille a. d. VIII Idus Decemb. vesperi venisset, Balbus de tota re [10] constituisset a. d. VII ad Scipionem ante lucem venire; multa de nocte eum profectum esse ad Caesarem. Hoc illi τεκμηριῶδες videbatur esse alienationis. Quid multa? Nihil me aliud consolatur, nisi quod illum [11], cui etiam inimici alterum consulatum [12], fortuna summam potentiam dederat, non arbitror fore tam amentem, ut haec in discrimen adducat. Quod si ruere coeperit; nae ego multa timeo, quae non audeo scribere. Sed, ut nunc est, a. d. III Nonas Ianuarias ad urbem cogito.

2 Ho veduto Pompeo a' 10 di dicembre; fummo insieme per forse due ore. Egli mi si mostrò senza fin rallegrato del mio ritorno; confortarmi circa il trionfo; obbligarmisi per la sua parte; non mi presentassi in Senato, se non a cosa conchiusa; non forse nel dire il mio parere, io m' inimicassi qualche tribuno. Che dimandi tu? non potea dimostrarmisi più mio di quello che e' si facesse. Quanto alla Repubblica, parlò meco per forma, che la guerra ci dà per bella e sicura. D' accordo non ci essere più spiraglio; se prima s' accorgeva lui essere rotto seco, novellamente averlo toccato con mano: che ecco: Era venuto da Cesare Irzio [2], suo intrinsichissimo, e non venuto a trovarlo; che essendo egli arrivato a' 6 di dicembre la sera, e Balbo che avea deliberato di essere a' 7 con Scipione a trattato dell' affare, a notte ferma essere partito alla volta di Cesare: tutto ciò era a lui certo indizio che Cesare è affatto straniato da lui. Per recartela a oro: io non ho altro conforto che questo: Che un tale uomo, al quale eziandio i nemici diedero il secondo consolato, e la fortuna una smisurata potenza, non posso credere che debba essere così pazzo da mettere questi vantaggi a sbaraglio. Che se egli si dia al disperato, sa Dio rovine che io veggo in aria, che non m' ardisco di scriverle. Ma stando le cose come sono, per li 3 di gennaio penso di muovermi per Roma [3].

CCXCVI. (Ad Att. VII, 5)

Argumentum. 1 Invalitudine Atticae et Piliae se moveri scribit. 2 Tironem se salvum velle affirmat. 3 De variis rebus privatis et de itinere scribit. 4 Quantum de re publica timeat, exponit.

Scr. in Formiano A. V. C. DCCIII, post Id Dec.

CICERO ATTICO S.

1 Multas uno tempore accepi epistolas tuas, quae mihi, quamquam recentiora audiebam ex iis: qui ad me veniebant, tamen erant iucundae. Studium enim et benivolentiam declarabant. Invalitudine tua moveor: et, Piliam in idem genus morbi delapsam, curam tibi afferre maiorem sentio. Date igitur operam, ut valeatis.

2 De Tirone [1], video tibi curae esse; quem quidem ego, etsi mirabiles utilitates [2] mihi praebet, quum valet, in omni genere vel negotiorum, vel studiorum meorum, tamen propter humanitatem et modestiam [3] malo salvum, quam propter usum meum.

3 Philogenes mecum nihil umquam de Lusciено [4] locutus est; de ceteris rebus habes Dionysium. Sororem tuam non venisse [5] in Arcanum miror. De Chrysippo [6], meum consilium probari

CCXCVI. (Ad Att. VII, 5)

Argomento. 1 Gli dice della pena che provava della malattia di Pilia e di Attica. 2 Gli mostra quanto desideri di veder Tirone riavuto; 3 di varie cose private e del suo viaggio. 4 Gli apre i suoi timori circa la Repubblica.

Scritta dal Formiano l'anno di Roma DCCIII, dopo il 13 di Decembre.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Ebbi ad un tempo molte tue lettere, le quali, sebben da quelli che venivano a me io avea notizie più fresche, pur mi furono care: essendomi prova del tuo zelo e benevolenza. Cotesto tuo crocchiare mi sconcia; e sento anche la pena che dee darti maggiore la tua Pilia, caduta nella medesima malattia; il perchè lavorate di forza a guarire.

2 Di Tirone veggo che ti dai pena. Or io, quantunque egli sano mi presta mille servigi in ogni fatta di mie faccende e di studi, nondimeno e' m'è più a cuore di riaverlo e per amore della bontà e modestia sua, che pel servigio che io ne cavo.

3 Filogene non mi fece motto mai di Luscieno; circa le altre cose tu hai Dionisio. Ma che vuol dire che tua sorella non venne nell'Arcano? Quanto a Crisippo, non mi putisce che il mio consiglio ti paia buono. Nel

tibi, non moleste fero. Ego in Tusculanum nihil sane hoc tempore [7]. Devium est τοῖς ἀπαντῶσιν, et habet alia δύσχρηστα. Sed de Formiano Tarracinam pridie Kal. Ian., inde Pomtinam summam [8]; inde Albanum Pompeii; ita ad urbem III Nonas, natali meo.

4 De re publica quotidie magis timeo. Non enim boni, ut putant [9], consentiunt. Quos ego equites Romanos, quos senatores vidi, qui acerrime quum cetera, tum hoc iter Pompeii [10] vituperarent? Pace opus est. Ex victoria quum multa mala, tum certe tyrannus existet [11]. Sed haec propediem coram [12]. Iam plane mihi deest, quod ad te scribam. Nec enim de re publica, quod uterque nostrum scit eadem [13], et domestica nota sunt ambobus. Reliquum est iocari, si hic [14] sinat. Nam ego is sum, qui illi concedi putem utilius esse, quod postulat [15], quam signa conferri. Sero enim resistimus ei, quem per annos decem aluimus contra nos. Quid sentis igitur? inquis. Nihil scilicet, nisi de sententia tua; nec prius quidem, quam nostrum negotium [16] aut confecerimus, aut deposuerimus. Cura igitur, ut valeas. Aliquando ἀποτρῖψαι [17] quartanam istam diligentia, quae in te summa est.

Toscolano per al presente non ne vo' nulla: troppo è fuor di via a chi volesse scontrarmi; ed ha oltre a ciò delle altre tecche. Ma per l'ultimo di dicembre dal Formiano [1] a Terracina, e di là a Pontino; quindi ad Albano di Pompeo; e così a Roma a' 3 di gennaio, giorno mio natalizio.

4 Della Repubblica temo ogni dì più: da che i buoni (come son creduti) non vanno d'accordo. Quali cavalieri romani, quali senatori ho io veduti, i quali sì altre cose, e sì questo viaggio di Pompeo bestemmiano! [2] Di pace è bisogno; la vittoria, senza i troppi mali, c'imporrebbe certo un tiranno. Ma di questo di giorno in giorno in quattr'occhi. Oggimai non trovo che scriverti: non certo della Repubblica, chè quello che ne so io, ne sai tu; e così le cose di casa. Resta adunque il berteggiare, se cotestui ne sia contento: conciossiachè io sia uno che giudico troppo più utile concedergli ogni cosa che vuole, piuttosto che venire alle armi; sì veramente (s'intende) che tu l'approvi; ed anche non prima che noi abbiamo cavate le mani dall' affar nostro, ovvero che ne abbiam deposto il pensiero. Adunque attendi a star bene; e con quella tua diligenza, di che sei esemplare, gittamiti d'addosso cotesta quartana.

CCXCVII. (Ad Att. VII, 6)

Argumentum. Se de re publica valde timere scribit.

Scr. A. V. C. DCCIII, circa XIII Kal. Ian.

CICERO ATTICO S.

Plane deest, quod ad te scribam; nota omnia tibi sunt; nec ipse habeo, a te quod [1] exspectem. Tantum igitur nostrum illud solemne servemus, ut ne quem istuc euntem sine literis dimittamus. De re publica valde timeo: nec adhuc fere inveni, qui non concedendum putaret Caesari, quod postularet, potius, quam depugnandum. Est illa quidem postulatio [2] opinione valentior. Cur autem nunc primum ei resistamus? [3] οὐ γὰρ δὴ τόδε μεῖζον ἔπι κακόν [4], quam quum quinquennium prorogabamus; aut quum, ut absentis ratio haberetur, ferebamus. Nisi forte haec illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. Dices, quid tu igitur sensurus es? non idem, quod dicturus. Sentiam enim omnia facienda, ne armis decertetur; dicam idem, quod Pompeius; neque id faciam humili animo. Sed rursus [5] hoc permagnum rei publicae malum est: at quodam modo mihi praeter ceteros non rectum, me in tantis rebus a Pompeio dissidere.

CCXCVII. (Ad Att. VII, 6)

Argomento. Gli scrive di temer forte della Repubblica.

Scritta l'anno di Roma DCCIII, circa il 20 di Dicembre.

CICERONE AD ATTICO S.

Al tutto non ho che scriverti: tu se' informato di tutto; ed io non ho cosa che io m'aspetti da te; di che manterrem solamente l'usato nostro, di non lasciar partire per costà nessuno senza mie lettere. Della Repubblica temo forte; nè fino a qui ho ancora trovato forse un solo che non giudicasse essere piuttosto da passare a Cesare ogni sua dimanda, che dare all'armi. Veramente quella sua richiesta è sfrontata: ma che sarebbe a cominciar adesso a resistergli? *Certo non è questo un mal maggiore* di quello che fu a prorogargli i cinque anni, o dell'altro di aver riguardo a lui lontano; se già non fosse che noi allora mettemmo a lui queste armi in mano per combattere con lui essendo ben provveduto. Ma dirai: qual fia il tuo sentimento? Certo non quello che porrò sulla lingua [1]: imperocchè il mio sentimento sarà, essere da patir tutto, fuor che la guerra: ma parlerò quel che Pompeo; nè ciò farò mica a modo di uomo scorato. Ora, e converso, sarebbe alla Repubblica troppo maggior male (ed a me più sconvenevole che a nessun altro) in un fatto sì grave il dissentir da Pompeo.

CCXCVIII. (Ad Att. VII, 7)

Argumentum. 1 De Dionysio ingrato; 2 de Philogenis negotio. 3 Pomtinium ad urbem venisse miratur; se vero a. d. III Nonas Ian. venturum esse nuntiat. 4 Denique scribit de suis in hoc rei publicae statu consiliis.

Scr., ut videtur, in Formiano, A. V. C. DCCIII, post X Kal. Ian.

CICERO ATTICO S.

1 *Dionysius, vir optimus, ut mihi quoque est perspectus, et doctissimus, tuique amantissimus, Romam venit XV Kal. Ian., et literas a te mihi reddidit:* tot enim verba sunt de Dionysio in epistola tua. Illud privatius [1] non adscribis: *et tibi gratias egit.* Atqui certe ille agere debuit; et, si esset factum, quae tua est humanitas, adscripsisses. Mihi autem nulla de eo παλινῳδία datur [2] propter superioris epistolae testimonium. Sit igitur sane bonus vir. Hoc enim ipsum bene fecit, quod mihi sui cognoscendi penitus etiam istam facultatem dedit [3].

2 Philogenes recte ad te scripsit. Curavit enim, quod debuit. Eum ego uti ea pecunia volui, quoad liceret [4]. Itaque usus est menses XIIII.

3 Pomtinium cupio valere; et, quod scribis in urbem introisse, vereor quid sit: nam id nisi gravi

CCXCVIII. (Ad Att. VII, 7)

Argomento. 1 Parla dell'ingratitudine di Dionisio; 2 dell'affar di Filogene. 3 Si maraviglia che Pontinio sia giunto a Roma, e gli dice che egli ci sarà a' 3 di gennaio. 4 Gli parla di ciò che egli pensa dello stato presente della Repubblica.

Scritta, come pare, dal Formiano l'anno di Roma DCCIII, dopo il 23 di Decembre.

CICERONE AD ATTICO S.

1 *Dionisio, ottimo uomo, qual l'ho trovato io medesimo, e dottissimo, e tenerissimo di te, venne a Roma a' 17 di decembre, e mi consegnò le tue lettere:* queste sono a verbo, intorno a Dionisio, le parole della tua lettera. Or come non aggiugnervi tu: *e ti ringraziò?* chè per fermo egli dee averlo fatto; e avendolo lui fatto, tu (tanta è la bontà tua) ve l'avresti aggiunto. Ora a me non è conceduto più luogo da ricredermi di lui, dopo il testimonio rendutogli nell'ultima lettera. Sia dunque, sia pure un uomo da bene: e certo un gran bene fece egli a mettermi in mano quest' altro argomento da lui conoscere a fondo.

2 Filogene ti scrisse il vero: chè in fatti ebbe cura di quel che dovea. Io gli avea dato licenza di usar quel danaro, finchè si fosse potuto; e pertanto se ne giovò per quattordici mesi.

3 Prego Dio che Pontinio stia bene; ma ciò che mi scrivi, esser lui entrato in Roma, me ne dà qualche

de causa non fecisset [5]. Ego, quoniam IIII Nonas Ianuar. compitalicius dies est, nolo eo die in Albanum [6] venire, ne molestus sim familiae. Veniam III Nonas igitur: inde ad urbem pridie Nonas. Tua λῆψις quem in diem incurrat, nescio; sed prorsus te commoveri incommodo valitudinis tuae nolo.

4 De honore nostro [7], nisi quid occulte Caesar per suos tribunos molitus erit, cetera videntur esse tranquilla. Tranquillissimus autem animus meus, qui totum istuc aequi boni facit; et eo magis, quod iam a multis audio constitutum esse Pompeio et eius consilio, in Siciliam me mittere, quod imperium habeam [8]. Id est Ἀβδηριτικόν. Nec enim senatus decrevit, nec populus iussit, me imperium in Sicilia habere. Sin hoc res publica ad Pompeium defert [9]; qui me magis, quam privatum aliquem, mittat? Itaque, si hoc imperium mihi molestum erit; utar ea porta [10], quam primam videro. Nam quod scribis, mirificam exspectationem esse mei, neque tamen quemquam bonorum, aut satis bonorum [11] dubitare, quid sensurus sim: ego, quos tu bonos esse dicas, non intelligo; ipse nullos novi; sed ita, si ordines bonorum [12] quaerimus. Nam singulares sunt boni viri. Verum in dissensionibus ordines bonorum et genera quaerenda sunt. Senatum bonum putas, per quem sine imperio provinciae sunt? Numquam enim Curio su-

ombra; chè senza qualche gran perchè nol dee aver fatto [1]. A' 2 di gennaio, per essere giorno compitalizio, non vo' essere nell'Albano, per non guastar la brigata [2]; verrò il dì appresso, e a' 4 sotto Roma. La ripresa della tua febbre non so in qual dì cada; ma sia che vuole, non intendo che tu ti sconci punto per dare un passo.

4 Quanto al mio onore, se Cesare per opera de' suoi tribuni non lavorò di straforo, mostra che tutto vada di cheto. Quietissimo io poi sono d'animo, che in tutta quest'opera lascio ir leggermente due pani per coppia: massime che a molti odo dire, aver Pompeo e 'l consiglio di lui fermato di mandarmi in Sicilia, per questo, che io tengo il comando. Questa è una pazzia [3]: da che non c'è nè senatoconsulto nè plebiscito che m'abbia in Sicilia assegnato l'impero. Che se la Repubblica delegò per questo Pompeo, non veggo perchè piuttosto me, che alcun altro privato, debba mandare. Il perchè se questo impero mi noierà, io mi metterò dentro la prima porta che mi darà innanzi [4]. Conciossiachè quanto a quel che mi scrivi dell'espettazione che è costì grandissima della persona mia, e non esserci però alcuno de' buoni, o de' buoni così così, che dubiti se io debba tener qui o qua, io non so di quali buoni t'intenda dire; io non ne conosco nessuno: io vo' dire, se io cerco società di persone dabbene, da che un qualche Caio od un Sempronio si troverà; ma ne' rovesciamenti si vuol cercare delle società e de' generi delle buone persone. Ora di' tu buono il Senato? per cui opera le provincie sono senza governatore? Conciossiachè Curione non sarebbe perfi-

stinuisset [13], si cum eo agi coeptum esset: quam sententiam senatus sequi noluit; ex quo factum est, ut Caesari non succederetur. An publicanos? qui numquam firmi; sed nunc Caesari [14] sunt amicissimi. An feneratores? an agricolas? quibus optatissimum est otium. Nisi eos timere putas, ne sub regno sint, qui id numquam, dum modo otiosi essent, recusarunt. Quid ergo? exercitum retinentis [15], quum legis dies transierit, rationem haberi placet? Mihi vero ne absentis quidem [16]. Sed quum id datum est, illud una datum est. Annorum enim decem imperium, et ita latum [17] placet? Placet igitur etiam me expulsum, et agrum Campanum periisse [18], et adoptatum patricium a plebeio, Gaditanum a Mitylenaeo: et Labieni divitiae, et Mamurrae [19] placent, et Balbi horti, et Tusculanum. Sed horum omnium fons unus est. Imbecillo resistendum fuit; et id erat facile. Nunc legiones XI, equitatus tantus, quantum volet [20]; Transpadani, plebes urbana, tot tribuni plebis, tam perdita iuventus, tanta auctoritate dux, tanta audacia. Cum hoc aut depugnandum est, aut habenda e lege [21] ratio. Depugna, inquis, potius, quam servias. Ut quid? si victus eris, proscribare? si viceris, tamen servias? Quid ergo, inquis, acturus es? Idem, quod pecudes, quae dispulsae sui generis sequuntur greges. Ut bos armenta, sic ego bonos viros, aut eos, quicumque dicentur

diato così, se con lui si fosse cominciato intavolare qualche partito [5]: ma il Senato a ciò non volle accordarsi; e così a Cesare non fu dato successore. Di' tu buoni i pubblicani? i quali stanno sempre sull'ale, ed ora son tutti Cesare. Forse i prestatori? i villani? che nulla più amano che di darsi buon tempo: se già non credessi che egli temessero di cader sotto un re, quando e' nol ricusarono mai, purchè potessero star in panciolle. Or che è dunque a fare, dirai? Approvi tu che si abbia rispetto ad uno che ritiene l'esercito, eziandio di là dal termine della legge? Io? nè anche ad uno che dimandasse lontano; ma essendosi conceduto questo, fu conceduto ad una anche l'altro. Or ti piace egli il comando di dieci anni, raffermatogli nel modo che gli fu? Ti piacerà dunque eziandio la mia cacciata [6], il tener di Campania mandato al diavolo, il patricio da un plebeo adottato, un Gaditano da un Mitilenese; e ti piaceranno le ricchezze di Labieno [7] e di Mamurra, e gli orti di Balbo ed il Toscolano. Ma di tutti questi mali una è la radice. Egli era da contrastargli quando non avea forze; chè allora era facile: ora undici legioni, tanta di cavalleria quanta ne vorrà [8], i Transpadani, la plebe della città, tanti tribuni della plebe, una ragazzaglia da bordello, generale di tanta autorità, di tanto ardimento. Con tale uomo o è da menar le mani, o da concedergli secondo le leggi. Ma tu di': Anzi che servire, caccia mano alla spada. — Qual pro? per essere proscritto, essendo tu vinto; vincendo, per servir tuttavia. Or che dunque vorrai tu fare? Quel medesimo che il bestiame, il quale sparpagliato, si cacciano dietro i compagni della loro spezie. Come un bue va dietro l'armento, così io a' buoni, ovvero a que' che buoni saran no-

boni, sequar, etiamsi ruent. Quid sit optimum male contractis rebus, plane video [22]. Nemini est enim exploratum, quum ad arma ventum est, quid futurum sit: at illud omnibus, si boni victi sunt, nec in caede principum clementiorem hunc [23] fore, quam Cinna fuerit, nec moderatiorem, quam Sulla, in pecuniis locupletium. Ἐμπολιτεύομαί σοι iam dudum: et facerem diutius, nisi me lucerna desereret. Ad summam, DIC, M. TVLLI [24]? Assentior Cn. Pompeio, id est T. Pomponio. Alexim, humanissimum puerum [25], nisi forte, dum ego absum, adolescens factus est (id enim agere videbatur), salvere iubeas velim.

CCXCIX. (Ad Att. VII, 8).

Argumentum. 1 Suspicione se Dionysium absolvere scribit. 2 Attico valitudinis curam commendat. 3 De Dolabella Liviae herede; 4 de rei publicae statu.

Scr., ut videtur, in Formiano A. V. C. DCCIII, post X Kal. Ian.

CICERO ATTICO S.

1 Quid opus est [1] de Dionysio tam valde affirmare? an mihi nutus tuus non faceret fidem? Suspicionem autem eo mihi maiorem tua taciturnitas attulerat, quod et tu soles conglutinare amicitias testimoniis tuis; et illum aliter cum aliis de

minati, eziandio se andassero a scavezzacollo. A partito disperato so io bene quello che sia il meglio. Conciossiachè, appiccata una zuffa, nessun può accertare dell'esito; ma non è chi non sia sicuro. Costui, avendo i buoni la peggio, non dover essere nella strage de' capi più clemente di Cinna, nè nell'arrappare i beni de' ricchi più moderato di Silla. Io son dimorato, è un pezzo oggimai, teco in cose di Repubblica; e seguirei tuttavia più, se la lucerna non fosse sul morire. Nella somma delle somme, *Parla, M. Tullio* 9. Io sono con Gn. Pompeo, cioè con T. Pomponio. Salutami Alessi, bonissimo fanciullo; se già, mentre io sono fuori, non è già fatto un giovane [10]: chè ben rasentava quel tempo.

CCXCIX. (Ad Att. VII, 8)

Argomento. 1 Gli scrive di aver deposto il sospetto circa Dionisio. 2 Gli raccomanda di aversi cura. 3 Parla di Dolabella erede di Livia; 4 dello stato della Repubblica.

Scritta, come pare, dal Formiano l'anno di Roma DCCIII, dopo il 23 di Decembre.

CICERONE AD ATTICO S.

1 Or che bisogno era di tanta asseveranza per conto di Dionisio? or non mel bastava a far credere solo un tuo motto? Ma quel mio sospetto m'era più raffermato dal tuo silenzio per questo, che tu se' solito rannestar le amicizie col tuo testimonio, ed anche perchè mi era detto che egli con altri avesse altramenti parlato di me.

nobis locutum audiebam. Sed prorsus ita esse, ut scribis, mihi persuades. Itaque ego is in illum sum, quem tu me esse vis.

2 Diem tuum [2] ego quoque ex epistola quadam tua, quam incipiente febricula scripseras, mihi notaveram; et animadverteram, posse, pro re nata, te non incommode ad me in Albanum venire III Nonas Ianuarias. Sed, amabo te, nihil incommodo valitudinis feceris. Quid enim est tantum in uno, aut altero die?

3 Dolabellam video Liviae testamento cum duobus coheredibus esse in triente; sed iuberi mutare nomen. Est πολιτικὸν σκέμμα, rectumne sit [3] nobili adolescenti mutare nomen mulieris testamento. Sed id φιλοσοφώτερον [4] διευκρινήσομεν, quum sciemus, quantum quasi sit in trientis triente [5].

4 Quod putasti fore, ut ante, quam istuc venirem, Pompeium viderem; factum est ita. Nam VI Kal. ad Lavernium [6] me consecutus est. Una Formias venimus, et ab hora octava ad vesperum secreto collocuti sumus. Quod quaeris, ecqua spes pacificationis sit: quantum ex Pompeii multo et accurato sermone perspexi, ne voluntas quidem est. Sic enim existimat, si ille [7], vel dimisso exercitu, consul factus sit, σύγχυσιν τῆς πολιτείας fore. Atque etiam putat, eum, quum audierit, contra se [8] diligenter parari, consulatum hoc anno neglecturum, ac potius exercitum provinciamque re-

Ma or tu m'hai persuaso la cosa essere come tu me l'hai detta: e pertanto io sono verso di lui quello che che tu mi vuoi.

2 Io medesimo da una tua lettera scrittami all'entrar della tua febbricella m'avea notato il giorno del suo rimettere, e fatto ragione che ad un bisogno tu potevi venire a me nell'Albano a' 3 di gennaio; ma tu nol far, vedi, se punto te ne dovessi sconciare: da che, che fa egli un giorno più, o uno meno?

3 Sento che Dolabella pel testamento di Livia è fatto, con due altri, erede del terzo; ma a patto che si muti nome: ora da uom di repubblica [1] vuolsi considerare se si convenga ad un nobile giovanetto mutar il nome per testamento di donna; ma di ciò ci risolveremo con più di filosofia quando avrem saputo il valore del terzo del terzo.

4 Quello che tu indovinasti, che prima di venir costà avrei veduto Pompeo, fu profezia: perchè a' 27 di decembre è stato da me a Laverno [2]. Venimmo di brigata fino a Formio, e dalle otto fino alla sera fummo a segreto colloquio. Tu vuoi sapere se egli speri nulla di rappacificamento: da quello che io ritrassi dal lungo ed accurato parlar di lui, egli non ne ha eziandio filo di voglia. Egli è in questa opinione, che se il cotale, licenziato anche l'esercito [3], sia fatto cónsolo, metterebbe la Repubblica a soqquadro; anzi gli è avviso altresì, che sentendo egli de' fatti apparecchi che si fanno contra di lui, per questo anno non curerà di consolato, e piuttosto vorrà ritenere l'esercito con la provincia. Caso poi che egli la desse a traverso, egli

tenturum. Sin autem ille fureret; vehementer hominem contemnebat, et suis, et rei publicae copiis confidebat. Quid quaeris? etsi mihi crebro ξυνὸς ἐνυάλιος occurrebat, tamen levabar cura, virum fortem et peritum, et plurimum auctoritate valentem audiens πολιτικῶς de pacis simulatae 9 periculis disserentem. Habebamus autem in manibus Antonii concionem, habitam X Kal. Ianuarias, in qua erat accusatio Pompeii usque a toga pura [10], querela de damnatis, terror armorum; in quibus ille [11], quid censes, aiebat, facturum esse ipsum, si in possessionem rei publicae venerit, quum haec quaestor eius [12], infirmus et inops, audeat dicere? Quid multa? non modo non expetere pacem istam, sed etiam timere visus est. Illa autem sententia ita relinquendae urbis [13] movet hominem, ut puto. Mihi autem illud molestissimum est, quod solvendi sunt nummi Cesari [14], et instrumentum triumphi eo conferendum. Est enim ἄμορφον, ἀντιπολιτευομένου χρεωφειλέτην esse. Sed haec, et multa alia coram.

CCC. (Ad Att. VII, 9)

Argumentum. Petit ab Attico, ut sibi dicat, quid inter Caesaris et Pompeii dissidia ex pluribus malis, quorum unum subeundum sit, minimum putet.

non ne faceva il più piccolo conto del mondo, a sicurtà delle truppe sue e della Repubblica 4. Che ne vuoi tu? sebbene spesso mi si affacciasse alla mente la incertezza delle guerre, tuttavia m' era mitigato il sospetto, sentendo quel forte uomo, sperimentato e per autorità sì potente, ragionare da gran repubblicone de' pericoli di una pace simulata. Ora noi avevam fra le mani la dicería che Antonio avea tenuta a' 23 di decembre, nella qual dava accuse a Pompeo fin dalla toga schietta; richiamavasi de' condannati da lui, del terrore delle sue armi; al qual termine ne diceva egli: Or che pensi tu che esso medesimo sia per fare avendo alle mani la Repubblica, quando un suo floscio [5] e mendico [6] questore osa parlar così alto [7]? — Per recartela a oro: Non solo egli non desidera la pace, ma e' m'è sembrato temerne. Ora il mio sentimento, che non sia da abbandonar la città, sconcia il Sere, a mio avviso [8]. Ma la spina che più mi punge, si è il mio debito con Cesare, e 'l dover logorar qui il danaro che dovea servirmi al trionfo: essendo isconcia cosa l'essere debitor di colui che porta il partito contrario. Ma di queste e di altre cose a bocca.

CCC.

(Ad Att. VII, 9)

Argomento. Dimanda ad Attico, essendo così rotti fra loro Pompeo e Cesare, de' molti mali, de' quali l'uno non può fuggirsi, quale egli giudichi di tutti minore.

Scr. A. V. C. DCCIII, exeunte Decembri.

CICERO ATTICO S.

Quotidiene, inquis, a te accipiendae literae sunt? Si habebo, cui dem, quotidie. At iam ipse ades. Tum igitur, quum venero, desinam. Vnas video mihi a te non esse redditas; quas L. Quintius, familiaris meus, quum ferret, ad bustum Basili [1] vulneratus et despoliatus est. Videbis igitur num quid fuerit in his, quod me scire opus sit; et simul tu hoc διευκρινήσεις πρόβλημα, sane πολιτικόν: quum sit necesse [2] aut haberi Caesaris rationem, illo exercitum vel per senatum, vel per tribunos plebis obtinente; aut persuaderi Caesari, ut tradat provinciam, atque exercitum, et ita consul fiat; aut, si id non persuadeatur [3], haberi comitia sine illius ratione, illo patiente, atque obtinente provinciam; aut, si per tribunos plebis non patiatur [4], tamen quiescat, rem adduci ad interregnum; aut, si ob eam causam, quod ratio eius non habeatur, exercitum adducat, armis cum eo contendere; illum autem [5] initium facere armorum aut statim nobis minus paratis, aut tum, quum comitiis, amicis eius postulantibus, ut e lege ratio habeatur, impetratum non sit; ire autem ad arma aut hanc unam ob causam, quod ratio non habeatur; aut addita causa, si forte tribunus plebis

Scritta l' anno di Roma DCCIII, all' uscir di Decembre.

CICERONE AD ATTICO S.

Che diacine! ogni giorno tue lettere? tu mi di': avendo a cui darne ogni dì. — Ma tu se' qui all'uscio. Bene; e quando sarò dentro, mi starò. Veggo che una tua non mi fu consegnata; me la portava l'amico mio L. Quinzio, che al sepolcro di Basilo [1] fu rubato e ferito. Vedrai dunque se in essa fosse nulla che a sapere importasse. Anche darai tua sentenza sopra le seguenti proposte, che vogliono uom di Repubblica. Egli è giuocoforza che e' si abbia rispetto a Cesare, ritenendo lui l'esercito per opera o del Senato, o de' tribuni della plebe; ovvero che si conduca Cesare a rassegnar l'esercito e la provincia, e così sia fatto cónsolo; ovvero, potendosi a ciò condurlo, tener i comizii senza badar punto a lui, passandosene egli, e tuttavia perseverando in governo; ovvero, che repugnandovi egli col favor de' tribuni, senza far però movimento, la cosa riesca ad un interregno; ovvero che (per lo sdegno della repulsa avuta, menando egli l'esercito) si venga con lui alle armi, e che egli cominci la guerra di presente essendo noi sprovveduti; ovvero allora che, dimandando gli amici di lui che secondo la legge ne' comizii sia favorita la sua petizione, gli sia rigettata; e che si venga all'armi o per sola la ragione di questa repulsa, o forse per questo soprasello, che qualche tribun della plebe, avendo opposto al Senato o sommosso il popolo, sia infamato, o dan-

senatum impediens, aut populum incitans, notatus [6], aut senatus consulto circumscriptus, aut sublatus, aut expulsus sit, dicensve se expulsum, ad illum confugerit [7]; suscepto autem bello aut tenenda sit urbs, aut ea relicta, ille commeatu et reliquis copiis intercludendus: quod horum malorum, quorum aliquod certe subeundum est, minimum putes. Dices profecto, persuaderi illi, ut tradat exercitum, et ita consul fiat. Est omnino id eiusmodi, ut, si ille eo descendat [8], contra dici nihil possit; idque eum, si non obtinet, ut ratio habeatur retinentis exercitum, non facere miror. Nobis autem, ut quidam putant [9], nihil est timendum magis, quam ille consul. At sic malo, inquies, quam cum exercitu. Certe. Sed istuc ipsum, dico [10], magnum malum putat aliquis; neque ei remedium est ullum. Cedendum est, si id volet. Vide consulem illum iterum, quem vidisti consulatu priore. At tum imbecillus plus, inquis [11], valuit, quam tota res publica. Quid nunc putas? Et eo consule, Pompeio certum est esse in Hispania [12]. O rem miseram! si quidem id ipsum deterrimum est, quod recusari non potest [13]; et quod ille si faciat, iam iam a bonis omnibus summam ineat gratiam. Tollamus igitur hoc, quo illum posse adduci negant: de reliquis quid est deterrimum? Concedere illi, quod, ut idem [14] dicit, impudentissime postulat. Nam quid impu-

nato con senatoconsulto, o ammazzato, o cacciatone; e adontato della cacciata, a lui abbia ricorso [2]: cominciata poi la guerra, o che sia da tener la città; ovvero, lasciatala, da tagliargli la via alle vettovaglie ed all' altro esercito. Giudica adunque, quale di questi mali (de' quali alcuno non è possibil fuggire) tu abbia per lo minore di tutti. Tu risponderai: Son certo, essere da condurlo a rinunziare l'esercito, e così entri console. — E' non ha dubbio, tale essere questo partito, che se egli vi si lasci ire, non sarebbe da dirgli contro un iota; e non so intendere come egli nol faccia, caso che non possa impetrare che ritenendo egli le truppe non gli sia passata la sua dimanda. Ma v'ha chi dice, nulla dover noi più temere, che di avere tal console. — Ma tu replichi: Io tolgo piuttosto così, che lasciargli tenere l'esercito. — Va bene; ma: E questo stesso *così*, dirà alcuno, è pure un gran male, e non vi resta altro rimedio. — Egli è da cedere, se egli così vorrà. Stammi a vedere tal console la seconda volta, quale lo vedesti la prima. Ma tu di': Essendo egli allora piccino, avea potenza maggiore dell'intera Repubblica: or che vorrà fare adesso? — Aggiugni, che lui console, Pompeo è fermo di star nella Spagna. Deh miseria? conciossiachè eziandio pessimo è questo partito, che noi non possiam ricusare; e che, accettandolo egli, gli acquisti tutta la grazia di tutti i buoni. Adunque rigettiam questo partito; a che tutti dicono esser impossibile di condurvelo: degli altri qual sarà il peggiore? certo il concedergli quella cosa che (come dice Pompeo) è somma impudenza di domandare. E veramente, qual impudenza maggiore? Tu hai ritenuta

dentius? Tenuisti provinciam per decem annos, non tibi a senatu, sed a te ipso per vim et per factionem datos [15]. Praeteriit tempus non legis, sed libidinis tuae: fac tamen, legis. Vt succedatur, decernitur; impedis; et ais, habe mei rationem. Habe tu nostrum. Exercitum tu habeas diutius, quam populus iussit, invito senatu? Depugnes [16] oportet, nisi concedis. Cum bona quidem spe, ut ait idem [17], vel vincendi, vel in libertate moriendi. Iam si pugnandum est: quo tempore, in casu; quo consilio, in temporibus situm est. Itaque te in ea quaestione non exerceo. Ad ea, quae dixi, affer, si quid habes. Equidem dies noctesque torqueor.

la provincia per dieci anni [3], avuti non dal Senato, ma da te medesimo per violenza e sommossa. È passato il termine non della legge, ma della sfrenata tua voglia; ma vattene: sia pur della legge. La legge ti comanda un successore; tu contradici, e di': Abbi rispetto a me [4]. — Anzi abbilo tu a noi. Hai tu dunque a tenere l'esercito più là che ordinò il popolo, a dispetto del Senato? Non c'è mezzo: o fa a modo mio, o caccia mano. Sì, e con buona speranza o di vincere, o di morir libero. Oggimai se egli è pur forza di combattere, il quando è in man della sorte; il consiglio, delle circostanze. Adunque in questa questione non intendo di darti briga. Per le cose dette, reca in campo un partito, se alcun ti dà innanzi. Quanto a me, sono martoriato dì e notte.

ANNOTATIONES

IN EPISTOLAS

QVAE IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR

CCLI.

1 Vel hic *M. Laenium* rescribendum videtur, vel infra *C. L.*, ut Lambinus fecit.

2 Abest *verbis* ab Amb. 15; idque probant Gronovius et Schütz.

3 Amb. 6 *beneficiis.*

4 Lambinus *eum, de quo.* Praepositio *de* abest a libris quamplurimis; itaque videtur etiam legi posse *me, qui.* Tum *supra* abest a Rec., et *scripseram* habent Amb. 15 et ed. Ro.

CCLII.

1 Recte; h. e. XIII Kal. Mart., tres omnino dies post datas literas *ad Atticum* ultimas, quae sunt Idib. Febr. datae, et *ad quintum* (a. d. quintum) *Terminalia* dixit, ut *pridie Compitalia*, ep. 3, lib. II ad Att. (XXVIII, 4). Ad quintum igitur diem ante Terminalia, quae X, vel, ut alii volunt, IX Kal. Mart. fiebant. Ovid. Fast. II, 50, 641, 655, 658, 669, 673, 681. *Corradus.* Olim *ad quintum milliare.* Terminalia, festa in honorem Dei Termini. Horat. V. Od. II, v. 59:

> Vel agna festis caesa Terminalibus.

Sed Varro *Terminalia*, ait, *dicta*, *quod is dies anni extremus constitutus; duodecimus enim mensis fuit Februarius.* Ei consentit Ovid. Fast. II, 49:

Qui sequitur Ianum, veteris fuit ultimus anni:
Tu quoque sacrorum, Termine, finis eras.

Et Cicero De Leg. II, 21: *Sed mensem, credo, extremum anni, ut veteres, Februarium* etc.; quod et Macrob. I, 13 dicit. Ergo apud veteres Februarius dies tantum XXIII habebat. Postmodum vero, primis rei publ. temporibus, regifugii dies adiectus est, et in correctione Kalendarii a C. Caesare facta quatuor alii dies adiecti sunt, et mensis Februarius ad dierum XXVIII rationem, ut nunc est, constitutus. Celebrabantur autem VII Kal. Mart., ut docet Lactantius (de Mort. persec. c. 12). *Terminalia* emendarunt Germani, et habent Tornaesianus et Bosiani. Alii libri *termilia.*

2 Ep. CCXIV.

3 Qua usus erat erga Scaptium in negotio Cypriorum, quorum fortunas nolebat Bruti causa, cuius gratia Scaptius maxime nitebatur, perdi et exhauriri. Vide ep. CCL, 8. *Graev.* Multi libri *liberalitatem;* immo edd. Ro. et Aldi *quam meam* βαθύτητα — *in Bruto probari.*

4 Ed. Minut. *at putaram secus;* Lamb. *nam putaram paullo secus.*

5 Duo Ambb. Land. et edd. Iens. Min. Lambini *immutet.* Infra ἐξ ἀφαιρέσεως, locutio a medicis deducta. Illi enim ἀφαίρεσιν vocant, quum aliquid materiae demitur corpori. In detractionum genere ponitur primo loco sanguinis detractio. Sanguis autem eleganter apud Latinos dicitur *pecunia.* Cicero ergo, quum dicere vellet ab Appio provinciam exhaustam esse, eleganter et lepide dixit: *Appius* ἐξ ἀφαιρέσεως *provinciam curavit, sanguinem misit.* Vide Ernestium.

6 Paullo supra, Vict. *suscenset*, more suo; tum ed. Ro. *et modo gratias a.*

7 Recepi hoc alterum *quid* ex pr. edd. sororibus.

8 Reperit Ursinus in mss., receperunt Ernestius et posterr. Olim *hanc;* quod aliqui, aegre tamen, ad *dissimilitudinem* referebant. Infra *putant*, correxi ex ed. Schützii. Vulgo *putent.*

9 Edd. Iens. Vict. Lambini et Ernestii *misit*, quod ms. Land. confirmat. Melius Graevius *misi.*

10 Sic mss. et edd. passim. Vulgo *eo ipse die.*

11 Alii alia. Schoenbergerus, qui explicationem suam prae aliis mihi probat, sic interpretatur: sed, ut verum dicam, revocavi me ab eius amore, ne te offenderem, iniqua eius postulata in causa Salaminiorum (ep. CCL, 8) concedendo. Faërnus: *sed illico revocavi me* etc.

12 Amb. 16 *mandatis facere*, 17 et ed. Ro. *mandatis satisfacerem*; edd. sorores *mandatis tuis satisfacere;* Lamb. *eius mandatis satisfacere.* Vulgatum *mandat is facere*, Ernestius adhuc corrigebat *mandarat is f.* Procul dubio librarii aliqui decepti voce, quae in duas distinguenda erat, τῷ *mandatis* addiderunt *eius* vel *satis*, et alii ex *eius* fecerunt *suis*. Intelliguntur enim mandata Bruti, quorum quidem mentio statim subiicitur.

13 Ob acceptum a me beneficium; ep. CCXIX. *Manut. Illi daret*, quia Bruti debitor erat Ariobarzanes; epp. CCXIV, 5, et CCXXVIII, 2.

14 Vt solveret eam pecuniam, quam a Pompeio, bellum in iis regionibus contra Mithridatem gerente, mutuam acceperat. *Manut.*

15 Illa solutio XXXIII talentorum satis pecuniae non est ad solvendas Pompeio usuras unius mensis. Vulgo *nec id satis efficitur i. u. m.* Emendabat Schützius praeeunte Ernestio, ex iis, quae sequuntur, *ea vix*, — *quod satis sit*,

efficiunt: nam libri *id satis efficitur i. u. m.* In seq. sententia *sorte caret*, idest aequo animo fert sibi sortem (*il capitale*) Ariobarzani creditam non solvi. *Solida*, idest plena.

16 Edd. Ro. Min. Aldi, Lamb. *quicquam*.

17 Itaque Horatius Epist. lib. I, ep. 6, v. 39:

> Mancipiis locuples eget aeris Cappadocum rex.

18 Tutelam ei a senatu commissam; ep. CCXIV, 5. *Pro Glabrione Scaevola*, facti historiam nemo invenit. Agitur de Q. Scaevola pontifice, Glabrionis avo, qui fortasse nepotis sui tutor fuit. *Fenus et impendium r.*, fenus est hoc loco, inquit Ernestius, ipsa sors; *impendium*, usurae, quas dat debitor, in quibus est impendium. Nam et in nomine *feneratorum* inest pecunia locata. Bene hoc docuit Gronovius in Mantissa ἀντεξηγήσεως p. 104. Tota res alias dicitur *bonam copiam eiurare*, Franci *banquerouter*.

19 Negotiatori praefecturas se non daturum Cicero professus est ep. CCL, 8. Infra Ambb. 16, 17 cum Minut. et Aldo *duas ei praefecturas*.

20 Non placet *etiam* — *tamquam*. Aut glossam puto esse *tamquam mihi*, aut legendum *tam novum accidisse*, *quam mihi*. Ernest. *Ex illo*, scilicet ex Bruto. *Illam pecuniam*, quam Salaminii debent Scaptio. *Suam*, nimirum Bruti.

21 Scilicet, spopondisse, se repraesentaturum pecuniam, quam Romae mutuam acceperat Scaptius et Matinius.

22 Idest, unum pro centum in singulos menses (ep. CCL, 8, not. 43), idque per sex annos, et cum anatocismo, scil., addendo sorti centesimas non solutas quotannis, et sortem, ut ita dicam, renovando: quae centesimae eo maiores fierent in singulos annos, quo plures adderentur sorti. Omnino ad huius rei intelligentiam vide locum ep. CCL, 8.

23 Civitatem intellige Salaminam, insulae Cypri primariam. Cyprus in Catonis erat clientela (ep. CCXXXVIII, 2); item Bruti, qui cum avunculo suo M. Catone in Cyprum profectus erat, quum hic lege Clodia Cyprum insulam Ptolemaeo regi ademit, provinciamque Ro. fecit. Cod. Landius et ed. Ro. *et ipsius Bruti.*

24 Pro *eius periculo* esse, scilicet Bruti. Quamquam libri multi habent *Bruto rem i. s. p.*, et mihi in mentem venit legendum *Bruto rem illam periculo esse.*

25 Abest *aliquid* ab Amb. 17.

26 Amb. 16, Land. et ed. Iens. *quum tota;* vitiose, procul dubio, pro *qui in tota.* Mox Amb. 17 et ed. Ald. *idque edixissem.* Edixissem, nimirum, me observaturum singulas.

27 Sic rescripsi constantiae causa; v. ep. CCLI; alii *Lenio,* alii etiam *Lemnio*; quod alterum est etiam in ep. CCL, 3.

28 Ms. Land. *quidem*; non inepte.

29 De deponenda pecunia in fano; ut epist. iam laudata CCL, 8 memoravit. *Ernest.* Qua deposita, usura etiam, quam edicto suo Cicero permittebat, cessare debebat Salaminiis.

30 Si, inquit, acciderit, ut L. Paullus, qui nunc consul est, consulatu functus huc proconsul mittatur: male cum Salaminiis agetur. Brutus enim contra eos omnia Scaptii causa impetrabit, quatenus dare cogentur. Erat autem affinis Bruti Paullus; quod eius frater Lepidus Tertullam (alii Iuniam), Bruti sororem, habebat in matrimonio. *Manut.*

31 Idest, minime familiariter. Vid. ind. graec.

32 Amb. 17 *accipiet.*

33 Lamb. *sit ita sane* etc., et Amb. 16 *quoniam tu vis.* Mox *cum eo*, scilicet, ea conditione — ut. Sic italice *con questo — che.* Exempla vide apud Livium VIII, 14.

34 Idest, quantum quidem in me fuit, Scaptius accepit pecuniam suam. Nam decernebatur pecuniae solutio, si ille modo accipere voluisset. *Ernest.* Minus recte Olivetus correctionem ex ingenio Vrsini et Manutii recepit *solvatur aes S. s.* Est enim apud Plautum (Asin. II, 4, 47): *Isthuc argentum tamen mihi si vis dinumerare, repromittam isthoc nomine solutam rem futuram.* Lambinus *soluta re.* Mox vulgo *quam decretum sit*, quod Popma *quam aequum decretum sit*, Ernestius *quam bene decretum sit* corrigebant. Vltimum recepit, ut expleretur saltem sententia, Schützius. Ego correctionem Vrsini, quae propius a mss. abest, praetuli cum Lamb., quaeque optimam sententiam facit.

35 Edd. Minut. Aldi *non mentionem facias;* verius puto.

36 De re publ. Erant tum sex tantum scripti; post alii additi; nam ad Quintum fratrem ep. CLIV, 1 novem memorantur. *Ernest.* Supra, τὸ γὰρ etc. *rectum enim mecum*, h. e. iustitia pro me facit; Aristophanis versus 661 in Acharn.

37 Hoc est, vitiosum putas. *Ernest.* Mox legitur in mss. *Cn. Flavio, Annii*, vel *Anci filio.* Corrigebat Manutius *Cn. F.*, quia et filii a praenomine patris ostendebantur, et *Annius* non praenomen, sed nomen est familiae. Praeterea Flavium hunc scribam *Cn. F.* vocat Livius IX, 46. *Cn. F.* habent edd. pr., et rescribunt nunc omnes.

38 Qui, teste Livio (VI, 42 extr.), creati sunt an. V. C. CCCII, aediles autem curules A. CCCLXXXVII. Flavius scriba, quum populus, qui dies aut nefasti aut fasti essent (id est quibus diebus nefas esset, vel fas ius suum persequi in iudicio), ignoraret, eorumque notionem a iurisconsultis peteret, ipse fastos circa forum in albo proposuit, ut, quando lege agi posset, sciretur. Quo

beneficio, populi gratiam, indeque curulem aedilitatem, libertino patre natus, obtinuit; orat. pro Murena, 11; Liv. lib. IX, 46; Plin. XXXIII, 6; Gellius VI, 9. *Manut.*

39 Fastorum, quae nunc publice proposita est, ut omnes dies actionum scire possint. *Ernest.*

40 Actiones hic sunt formulae, seu rationes agendi in iudicio, quibus scilicet actor utitur in intendenda reo lite. Hae petebantur plerumque a ICtis. Nos eas in Codice compositas habemus, quem *Codice di procedura civile*, vel *Regolamento del processo civile* dicimus.

41 Hoc est, *simpliciter* (LII, 1), sine respectu ad certam personam. Dixerat forsan Cicero in libris *de Re publ.* aliquid de oratoribus histriones imitantibus in genere, quod tamen Atticus videtur de Hortensio peculiariter a Cicerone dictum cepisse, cuius motus et gestus plus artis habebat, quam erat oratori satis; in Bruto c. 88, Gell. I, 5; Quintil. IV, c. 5, 24.

42 Epp. CCXXVIII et CCL, in quibus etiam *de imperatore*. Tum *de omnibus rebus*, in ep. CCVI, 2. In sup. membro, edd. pr. *cognovisse.*

43 Epp. CCXIX et CCXXI.

44 Ut Tullia nubat equestris ordinis viro, sicut ante fecit. *Popma.*

45 Hoc est, in ordinem equestrem, et filiam equiti rom. locasses. *Ernest.* Antea enim duobus patriciis Pisoni et Crassipedi nupta erat; epp. VIII extr., CII, 4 et CIII, 1. Attico tamen dicto audiens non fuit Cicero, filiamque suam patricio iuveni Dolabellae tertio despondit. Eum non multo post poenituit consilii sui. *Epistola Memmiana*, idest, quae erat de Memmio, Tulliae proco. *Correcta*, scilicet, eo errore agnito et correcto.

46 Corrigi nihil opus erat, inquit Cicero; nam hunc, quem Pontidia proposuit, generum malo, quam Servii

Sulpitii et Postumiae filium, a Servilia propositum. Atticus procul dubio suspicatus erat, generum, a Pontidia Ciceroni propositum, esse C. Memmium: postea errore suo correcto, alium eum esse scripserat. Eam correctionem hic Cicero improbat. In epistola tamen CCL, 9 Servium Sulpitium probabat. *Aufium*, adjutorem negotii pertractandi, interpretantur Mongaltius et Mabil. Melius Ernestius, procum Tulliae. Sed coniectando ludimus. *Aufium* enim nemo novit, et aliqui in *Alfium* (ep. CLII, 3), alii in *Aufidium*, scilicet Lurconem, mutant, qui Pisone et Messala coss. tribunus pl. fuit.

47 Cum Ciliciae olim proconsule (epp. CLXXXII et CLXXXIII) non confundendi.

48 Tum in negotio Bursae. Agitur autem de T. Munatio Planco Bursa (ep. CLXXXI, 2) Ciceronis inimico.

49 Furnium tribunum pl. (ep. CCXIV, 2), Ciceronis studiosum, legem opinor tulisse de rectoribus transmarinis (inter quos Cicero erat), nisi Parthus moveret intra Quintilem mensem, eos posse decedere. At idipsum tempus Cicero timebat, ideoque exceptionem illam minime probabat. Volebat autem omnino ferri, ut annuo imperio terminato decederent, quod ipse non magis odio provinciae, quam Parthorum metu, cupiebat. *Manut.*

50 Edd. sorores cum Lamb. *quod solum ille.*

51 Revocavit id ex pr. edd. Ernestius, et reponunt omnes posterr. Olim *in Pompeium.*

52 *Illud*, scilicet verbum *dissimulantem*, quod tribuisti Pompeio. Ante Malasp. et Bosium male *illum dissim.*

53 Hoc est, *ex tempore*, sive, *negligenter scribentem.* Si ordo meus in scribendo aliquanto perturbatus est, tua est culpa; ex te enim quicquid in tuam mentem venit scribente, hoc didici.

54 Frenis egebat Quintus, ut ingenio valens plus etiam, quam satis esset; calcaribus Marcus, ut tardior. Ergo hic Ephoro, ille Theopompo similis; utrique Isocratis discipulo. Vide de Orat. III, 9; Brut. 56. *Manutius.*

55 Sacra in honorem Bacchi, qui et *Liber* dictus fuit, celebrata XVI Kal. Apr., ut notat vetus Kalendarium, h. e. die XVII Martii. Ovidio tamen (Fast. III, v. 713), est XV Kal.

> Tertia post Idus lux est celeberrima Baccho.

Nisi in *tertiam lucem*, h. e. in tres dies mavis ipsas Idus includere. Confer locum ep. DCCCXII init. His sacris mos erat, ut toga pura (ep. CCXXVIII, 4) daretur. Ea et *virilis* dicebatur, quia pueros viris adscribebat. Vide Macrob. Saturn. l. I, c. 6. Varron. de L. L. lib. V; Phaedr. III, Fab. X, 9:

> Maritus quidam, quum diligeret coniugem,
> Togamque puram iam pararet filio.

Prae ceteris Ovid. (Fast. lib. III, v. 771) quatuor recenset causas, quare toga pura Liberalibus daretur. Toga pura tota alba erat; sic dicta ad differentiam togae praetextae, quae in limbo attextam habebat purpuram, quamque ad annum circiter XVI pueri gestare solebant.

56 Nam si intercalatum fuisset, dierum ratio fuisset mutata, nec in quem diem Liberalia inciderent, scire Cicero potuisset, nisi admonitus; ut dictum est de mysteriis ep. CCL, 9. *Corrad.*

57 Sic Graevius; recentiores *non doctior.*

58 Provinciarum Ciceroni vicinarum administratores; primum Asiae (ep. CCXXXII), alterum Bythiniae (ep. CCXXXIII), Nonium Cretae et Cyrenaicae, Bibulum Syriae; ep. CCXXI. Libri nonnulli *Thermum*, *Silvium*, et ed. Ro. *Thermum et Silium;* quod praetulerim.

59 Vellem haberet Scrofa provinciam, in qua uberrimam laudis et gloriae segetem colligere posset. Quod sequitur, *lautum negotium*, nominativum, cui referatur, non habet. An est provincia quaevis in genere? Sic locum intellexisse videtur Mongaltius. At *lautum negotium* certam provinciam indicat. An subauditur illud πολίτευμα, hoc est, *administratio*, sive provincia Catonis? Aliqui revera locum de provincia, quam Cato ex praetura oblatam repudiavit (Plutarch. in vita Cat.), intellexerunt, contra Ernestium, qui πολίτευμα de *ratione rei publ. administrandae* semper esse accipiendum affirmat.

60 Sensus est: Ceteri, praeter eos scilicet, quos laudavi, magistratus provinciarum exemplo suo tollunt rationem administrandae rei publicae in provinciis, quae Catoni probatur, de qua dixit supra ep. XXVI, 6. *Ernest.*

61 Nec patiatur provinciam prorogari; ep. CLXXXIV, 1. *Manut.*

62 Hi tres Amianus, Terentius, Moeragenes videntur Attico pecuniam debuisse. Et quod sequitur *spei nihil*, explano, de exigenda pecunia. *Idem.*

63 Edd. pr. non habent *cum*, delevit Schützius; quod possit etiam dici, teste Ernestio, *loqui alicui.* Cf. ad ep. CCLXXIX, not. 10.

64 Victorius legit *Rhosii causam mandavi;* ego rectius ex scidis et Tornaesiano, *Rhosiaca vasa mandavi.* Rhosus urbs erat sita in sinu Issico, de qua Strabo XIV, p. 964 ed. Falcon.: καὶ ὁ κόλπος εἴρηται Ἰσσικὸς, ἐν αὐτῷ δὲ πόλις Ῥωσὸς; et Plinius V, 22, alias 18: *Oppidum Rhosos, et a tergo portae, quae Syriae appellantur, intervallo Rhosiorum montium et Tauri.* Id oppidum celeberrimum erat vasis fictilibus, quae ibi fiebant. Ideo Atticus volebat aliquot inde sibi curari, quae Cicero scribit se mandasse. *Bosius.*

65 Festus: *Filicata patera dicta, quod ad felicis herbae speciem sit caelata.* Cic. Paradox. 1: *Minus ne gratas diis immortalibus — fictiles urnulas fuisse, quam filicatas aliorum pateras arbitramur?* Vide Salmas. ad Solinum, p. 737. Sic legit Iunius ex mss. vestigiis; libri *infelicitatis lancibus.* Iocus: antea solitus eras in caelatis lancibus et splendidissimis canistris nos pascere olusculis, quid putem te nunc apponere in vasis fictilibus? Vide Popma. Lanx, vas escarium latum, minus excavatum, quam patina, in quo cibi mensae inferebantur. Horat. Sat. II, 4, 40:

> Vmber, et iligna nutritus glande rotundas
> Curvet aper lances.

Et Iuven. Sat. V, 80:

> Aspice, quam longo distendat pectore lancem,
> Quae fertur domino squilla.

Lancis exemplum exhibent *Pitture antiche ritrovate, incise e pubblicate da Gio. M. Cassini.*

66 Ep. CCXXVIII, 4.

67 Falso gloriantes; ep. CCL, 2. *Ernest.* Tum *Bibuli*, literae sc. periculum demonstrantes.

68 Reposui *in* ex Amb. 17 et ed. Victorii; ut iam fecit Ernestius, et suadet ipse Cicero sexcentis in locis: e. c. ep. CCCXXXIV, B *in spe firmiore esse;* ibid. C *in summa exspectatione esse;* et *eramque in spe magna;* ep. CCLX *Eramus in maxima spe.* Quamquam video in hac ipsa ep. § 20 scribi *nec nulla, nec magna spe sumus.* Edd. sorores *sum magna a. perturbatione commotus.*

69 Supple, legatum in Cilicia.

70 Ep. CCXXXVIII, 4.

71 Hoc est, habet triginta cohortes, quarum singulae qua-

dringentorum militum sunt, et quidem more romano armatae. Quadringenarias, quae quadringentos milites contineant. *Erit*, vel excidit, vel subaudi *hoc ad s. satis.*

72 Ep. CCXIV, 1. Ed. Min. *Horodes.*

73 Scilicet, nihil novi est, quod non sit in edicto meo, aliorumque. Lamb. *nihil movi*, hoc est, nihil mutavi; sed Ciceronis edictum prius fuit, quam Bibuli, ut iam vidit Ernestius. Edictum hoc est, quod profecturus in provinciam de more propraetorum (ep. CCXXII, 1) proposuit Bibulus.

74 Sic edixerat Bibulus de pactis conventis inter publicanos et provinciales: *Pacta* et conventa inter publicanos, *quae nec vi, nec dolo malo facta erunt, servabo* (Cic. de Off. III, 24). Hanc exceptionem *quae nec vi, nec dolo malo facta erunt*, scripserat Atticus nimis gravis esse praeiudicii in ordinem equestrem, cuius erant publicani; quod eos quodam modo argueret et vis et doli mali. Nec enim praetores eam adiecissent, nisi suspicio fuisset, publicanos quaedam gerere consuevisse vi et dolo malo. Proinde Cicero honori et existimationi eius ordinis consultum cupiens de Bibuli edicto eam exceptionem sustulit, eiusque loco aliam eiusdem vis, sed tectiorem ex edicto Asiatico P. Mutii (Scaevolae) reposuit, et sic rem verbis temperavit. *Bosius.* Vidimus in sup. not. nihil Ciceronem sustulisse; hoc autem loco dicit Cicero edictum Bibuli Syriacum nihil novi habere, quod a suo differat, praeter illam exceptionem, quam et ipse quidem iam in suo habebat, sed aliis verbis conceptam.

75 Amb. 16 cum edd. prioribus et Victorio *certiorem* vel *rectiorem*. Sed *tectiorem* est, quae diserte vitiorum genera non commemorat, quamque ad se pertinere publicani non sentiant.

76 H. e. pertinet ad negotia provincialia. Mox Amb. 17 *in quo inest.*

77 Omnia sunt, quae ad controversias publicanos inter et provinciales pertinent. Mox *transigi*, h. e. pertractari non possunt, nisi ex formula ab edicto constituta.

78 Scilicet, auctionum magistris faciendis. Vide pro Quint. 15 et ep. CCVII. Sic Lambin., nisi quod habet *faciundis*. Vulgo *magistris faciendis, vendendis.*

79 Lambinus ἄγραπτον.

80 Idest suis, non Romanis. Dicuntur *peregrini* more Romano. Nam Graecis non erant peregrini. *Ernest.* Male edd. sorores *iudicibus ut suis utuntur.* Infra Vict. *Q. refert? ii se* etc.

81 Ironia. Vos etiam Romae graves habetis iudices Turpionem sutorium, et Vettium mancipem; utrumque sordidissimi quaestus. *Popma.* Edd. Ro. Min. Aldi *nostri enim;* quod ineptum non est.

82 Pactiones sunt leges, sive contractus inter publicanos et populos vectigales. *Servilius*, Isauricus, qui A. V. C. DCLXXV Ciliciae praefuit; de quo ep. XC, 1.

83 Debitoribus ad solvendum.

84 Me eos coacturum solvere, quod pacti sunt; idest, si quaternas etiam centesimas pacti sunt, quaternas solvant.

85 Ita fit, inquit, ut publicani habeant haec cumulate; *verborum honorem* etc. Idem scilicet hic dicit, quod supra *verbis laudo* etc. *Lambin.*

86 Alii supplent μέλει ita, ut sonet: *nihil ipsis curae est.* Sensus vero est: nihil ipsis concedo cum aliorum iniuria, ut bene Ernestius explanat.

87 Hec est, o perturbatum rerum ordinem; quo, scilicet, tu uteris. Mox *id ipsum* dedit Lambinus. Mss. carent τῷ *id.*

88 Constat ex Dione, Scipionem hunc Metellum, qui a Q. Caecilio Metello Pio adoptatus est, Scipionis Nasicae fuisse naturalem filium ita, ut avum habuerit Scipio-

nem Nasicam, eum, qui consul fuit cum D. Calpurnio Bestia A. V. C. DCXLII, proavum P. Scipionem Serapionem, qui consul quidem fuit (A. V. C. DCXV), censor non fuit: quod Scipionem Metellum ignorasse et vehementer miratur Cicero, et irridet. Ignorasse autem se declaravit Scipio, tum ex sermone, quem habuit cum Attico, in quo forsan Ciceronem apud eum reprehendebat, quasi in suis libris (de re publica) negasset, censorem fuisse; tum ex duabus ipsius Serapionis statuis, altera ad Opis, altera ad Pollucis posita, hoc intelligere potuerit: in quarum neutra *CENSOR*, in utraque *CONSVL* tantum scriptum legatur; quum omitti decus illud nec debuerit, nec soleret: tum denique quod Africani statuam censoriam in Serapionis inscriptione posuerit, ac si ipse quoque Serapio censor fuisset: nihilque referret, utrum Africani imago Serapionis inscriptioni imponeretur, an huius in Africani. Quae inscitia Ciceroni eo turpior visa est, quod animadvertere potuerit, post Nasicae consulatum non modo Nasicam ipsum, censorem factum non fuisse, sed ne Cornelium quidem aliquem, illo vivente. *Malasp.* Inter statuas autem equestres, quas Metellus Scipio posuerit, unam Cicero notat esse Scipionis Africani *CENS.*, cui tamen in subscriptione additum sit nomen *Serapionis*, quod erratum se fabrile putasse, nunc videre esse Metelli. *Schütz.* Aldus, Herv. Lamb. *Scipionem;* et infra edd. Iens. eiusque sorores utroque loco *censorem fuisse*, omisso *non;* quod tamen recte repositum esse ex ed. Ro. Malaspina diserte demonstravit; qui etiam *COS.* legendum utrobique, non, ut libri fere habent, *CENS.*, et *in illa item*, non *in illa autem* rectissime defendit.

89 Graevius *quas hic Metellus;* sed eiiciendum putabat *Metellus* auctore ms. Ball., et eiecit Ernestius auctoritate etiam editionis Ro. *Africani imaginem*, nimirum basi

inscriptae SERAPIONI imposita fuerat statua Scipionis Africani. Schütz sine necessitate *Serapionis subscriptionem in Africani imagine*; Ernest. *in S. subscriptione Africani cognomen*, ex vestigiis ed. Ro. legentis *Africani agmen*.

90 Si falsum est, quod scripsi, commune erratum est, non meum tantum.

91 Ἐν τοῖς περὶ κωμῳδίας, ut ex Athenaeo, et Polluce colligimus. *Corradus*. *Redarguit*, h. e. negat. Tum *quas ille — docuerit*, quas Eupolis comoedias — dederit. Quamquam *docere fabulas* proprie est docere actores, quemadmodum eas apud populum agant. Tusc. IV, 29: *Quum Orestem fabulam doceret Euripides*; et in Bruto 18, quem vide; et Gellius XVII, 21 a med.: *L. Livius poëta fabulas docere Romae coepit.*

92 Vixit Ptolemaei Philadelphi tempore; scripsit res gestas Graecorum et Macedonum. Vide Vossium de Hist. Gr. I, 15. *Graev.* Infra *erravit*, de Eupoli. *Manut.*

93 Vide Ælian. Var. Hist. II, 37; Diodorum XII, p. 299, Valerium Max. VI, 5, 3 extern. Cic. de Leg. II, 6; et Aristot. de Opt. St. rei publ. II.

94 Timaeum (ep. CVIII, 1) familiarem appellat eodem sensu, quo ep. XLII, 2 dixit *Dicaearcho familiari tuo*, idest usu cognito, et cuius lectio tibi familiaris est.

95 Hoc pertinere videtur ad negotium de bonis Milonis, de quo ad ep. CCIII, 2. Agitur autem de pecunia Philotimo, Ciceronis procuratori, soluta; sequitur enim statim: *reliqua mea — accepisse*. Edd. vett., praeter Iens., *H-S XXX.*

96 Scilicet, a legatis et a quaestoribus meis. *Schütz*. Tum *num quid de quo*, h. e. num aliquid de aliquo meorum, qui quicquam turpiter admiserit, inaudisti? Πολλοῦ γε καὶ δεῖ, verba, quibus crebro Demosthenes utitur; hoc est, *multum certe abest.*

97 Aedile designato; v. epp. CCII, 2, CCIII, 1. *Iterum iam*; nam iam scripserat CCL, 4. *Ernest.* Victorius non agnoscit *iam*; quod tamen emphasim hic habere defendit Malaspina.

98 Scripserat ad Ciceronem Caelius, ut et pantheras sibi mitteret (ep. CCVI, 4), et M. Feridii agros in Cilicia liberaret a fructu pendendo civitatibus (ep. CCXI, 4); sed foede inquit Cicero tale quid a se peti, in quo suspicio esse posset, se pecuniam a civitatibus accepisse, ut agros immunes faceret. Sic Ernestius et Manutius hunc locum intelligunt. Rectius, meo quidem iudicio, Mongaltius interpretatur de pecunia, quam Cicero a civitatibus suae provinciae exprimeret de more in ludos a Caelio Romae edendos erogandam; quem morem vide ad ep. XXIX, 9. Ceterum lectio unice nititur Decurtato Bosii. Msti enim et edd. veteres habent: *Et de pantheris, sed a civitatibus;* quasi scripsisset Caelius de pantheris sibi mittendis, sed a civitatibus Ciliciae datis, quum de more aediles capere a civitatibus possent, quod necessarium ducerent ad ludos edendos. Victorius *et de pantheris, sed a Cybiratibus;* Herv. *et d. p. s. a Cybiratis;* Lamb. *et de p. et de civitatibus.*

99 Extinguendum. *Conciliare*, h. e. cogere, acquirere pecuniam iniustis modis a civitatibus. Vnde Verr. II, 57: *Non mihi praetermittendum videtur ne illud quidem genus pecuniae conciliatae, quam tu a civitatibus statuarum nomine coëgisti.* Abest *conciliare* ab edd. pr., excepta Ro. *Nec illi*, scil. Caelio; quod si ita est, legendum *ipsi* existimat Ernestius. Nam *illi* respiceret Feridium, de quo Caelius in ep. CCXI, 4.

100 Praefectus fabrorum (ep. CCXLIV, 3). *Corrad.* Lib. unus ms.: *Lecta tua epistola Dionysius gaudio exsultat.* Lambin. Et sic edidit Hervagius, qui et novam hic epistolam exorditur cum Victorio.

101 Epp. CCXX, 4, et CCLVI extr. *Pilia*, uxor Attici; ep. CV, 1.

102 Codd. aliquot: *quem iampridem numquam videt.* Sed supra ep. CCXX, 4 negat se Cicero puellam umquam vidisse. Itaque repugnantiam τοῦ *iampridem* Malaspina et vidit, et emendavit ex mss. Poggii aliisque.

103 Est pro nominativo, *dies* scilicet, qui fuit pridie Kal. Ian., quo die epistola tua data est. *Ernest.* Quod ipsum legi volebat Bosius: *literarum datarum dies prid. Kal. Ian.*, et recepit Lamb. Minus recte Olivetus cum Mureto: *Literas daturus prid. Kal. Ian. — habuisti.* Mox *iurisiurandi*, quod scilicet illo die abiens consulatu iuravit, se rem publ. servasse; ep. XIV, 4.

104 Hoc est, magistratus, magnus consul. Dicti autem praetextati a praetexta sive toga, qua utebantur magistratus. Ernestius et Schütz offenduntur in *praetextatus.*

105 Hoc est, magna pro parvis. Proverbium ductum ex Homeri Iliad. VI, 236; ubi Glaucus et Diomedes arma permutant, ut *aurea* alter *pro aeneis* acciperet. Aldus χρύσεα ἀντὶ χαλκείων, invito Homero.

106 Proscribere vendendum salubri pretio. *Nisi forte*, illud prae aliis praediis retinere vult, ut ibi se cum suo tibicine oblectet. *Quis sit status*, an scilicet sit multo aere alieno gravatus. Vereor, ne nimis abrupte haec omnia dicta sint. Potes legere *proposuit Lucceius* etc.; et infra *enim* non habent Iens. et Hervagius.

107 Sic correxit Bosius. Mss. enim *praeter* et *prae re*; ed. Ro. *Pr.* Sed et *aere* simpliciter pro *aere alieno* dictum numquam vidi. Abundare putat Ernestius. Nam ex re intelligitur, aeris alieni causa proscriptum fuisse, ut ante in Lucceio. Aldus, Vict. *Praetorem*, sed haereo adhuc; Lentulum enim neminem vidi hoc anno praetorem. Lambinus *omnia, praeter Tusc.* Romanorum plures villas suas in agro Tusculano habebant; vide de Orat. I, 7.

108 Ed. Ro. *adde his*; Iens. *adde iis*; Vict. *adde etiam iis*; Min. Aldi, Herv. *addes etiam iis*. Graeca, quae sequuntur, sunt ex Iliad. VII, 93, et sonant: *Veriti sunt quidem recusare* (Graeci pugnam cum Hectore), *timuerunt autem suscipere*. Hoc est, Sextius, et alii aere alieno gravati, verentur a re publ. et optimatibus dissentire; timent autem Caesari accedere, ad quem confugiebant obaerati aliique huiusmodi homines.

109 Qui de ambitu damnatus Athenis exsulabat; epist. CXCVII, 1. *De — Sidicini nomine*, h. e. pecunia tibi debita; vide ad ep. CLVII, 2, not. 10.

110 Scilicet epistolae.

111 De successione provinciarum; ut ep. CCXXIII, 3 et 4.

112 Locus sic fuit constitutus a Bosio ope Tornaesiani, Crus. et Huralt. Ceteri libri habent *heus tu genuarios* (vel *ianuarios*) *a C.* Tum *Erotem* scribunt aliqui; et Turnebus *Orodem* pro *Herodem*, et *quinquaginta* explanate, pro *L.* Item *Possidonii* pro *Pompeii* admisit Lambinus.

113 Idest, sibi debitos. *Nemorensi*, h. e. villa in nemore Aricino prope urbem Ariciam in Latio, quam sumtuosissimam aedificasse memorat Sveton. in Iul. c. 46. « Iocatur autem Cicero, inquit Bosius, in solutionem « a Caesare factam Attico, et aliis ipsius Caesaris cre« ditoribus, qui illum ita importune appellarant, ut « coactus fuerit nummos eis dinumerare, quos aedifi« cando Nemorensi reservarat ». Sic locum constituerunt Lambinus et Bosius, coniecturam Turnebi (Advers. XXIV, 20) secuti. Libri *immerito*, vel *in merito aedificando*, vel *reaedificando*, aut *in menore*, *in mentore*, vel *in memorem*. Lamb. *in Marathone* ex coniectura Manutii. *Diligentiorem*, parciorem in sumtibus faciendis. Lamb. *indiligentiorem*.

114 Herv. *ex Pollione Vedio*.

115 Scilicet *viariam*, quae hanc vim habuisse videtur Ernestio, ut viae per Italiam munirentur, et ut ab iis, qui vehiculis, essedis, rhedis, lecticis, equis in itineribus uterentur, certa exigeretur pecunia viis muniendis insumenda. *Schütz.* Curio erat tribunus pl.; ep.CCXLII, 3.

116 Lamb. et Clericus *deversatus;* et infra castigavit Victorius *Vindullum;* nam libri *vidi illum.*

117 Quae hereditas. Liberti enim patronis, et patroni aeque libertis heredes erant, quum aut intestati, aut sine filiis obiissent. Sin gentilis erat, de gentilicia hereditate accipiemus. *Manut.*

118 Sic correxit ex ingenio Bosius vulgatum *langunculae.* Sunt autem πλάγγονες, apud Atticos, puppae cereae, ludibria puellarum parvularum. *Plangunculae*, diminutive. *Langunculae* retinet Graevius; *imagunculae* coniiciebant Victorius et Manutius. *Sororis*, scilicet Iuniae, sororis Bruti, et uxoris Lepidi, postea triumviri. Hinc *et uxoris illius Lepidi* legebat explanate Manutius.

119 Bosius *uratur*, quod non convenit. Alludit ad cognomina Bruti et Lepidi. M. Brutus, inquit, homo brutus et stolidus, qui Vedio familiariter utitur, nec animadvertit, sororem suam propter illum adulterii suspectam esse: Lepidus vero, homo lepidus et facetus, qui tam turpem suspicionem in uxore leviter curat, et negligenter fert. Duae autem fuerunt sorores Bruti, una *Iunia* uxor M. Lepidi, postea Triumviri cum Octaviano et Antonio; altera Tertia, sive Tertulla, nupta C. Cassio interfectori Caesaris. Illam Cicero hic insimulat adulterii cum Vedio. *Popma.* Muretus (Varr. lect. XV, 8), qui in veteri libro reperit *amici tuos*, sine *Bruti et Lepidi* proponit legendum *sororis amici tui. Os hominis, qui h. u.*, *et illius, qui haec* etc.

120 Vt esset in urbe celebri monumentum nominis sui. *Manut.* Infra *Academiae*, qui locus prope Athenas erat.

121 Idest contemno statuas aliis viris dicatas, quibus, mutato nomine, meum inscribatur. Plutarchus in Alcibiade duas memorat statuas colosseas Attali et Eumenis, quibus Antonii nomen Atheniensium iussu inscriptum fuit. Ernestius aliter explanat: Contemno statuas nobis positas, quarum inscriptiones falsae sunt, et fictae assentandi causa. Sed sic intelligere vix sinit vox *alienarum.*

122 Ep. CCL extr.

123 Quam Bovillam dixit ep. CCI, 1. Nomine Leuctricae significare videtur, mortem Clodii sibi consolationem, rei publ. securitatem aeque grandem peperisse, ac Leuctrica pugna Thebanis. Lib. Land. *die DCCLXV*; ed. Ro. *d. septingentesimo LXXV.*

CCLIII.

1 Amb. 2 *Procos.;* cf. ad ep. CCXXX.

2 Inter proconsulis apparitores, hoc est ministros (epist. XXIX, 4) erant interpretes. Itaque nonnisi in Cilicia Ciceroni proconsuli pater Marcilius apparere, sive ministrare poterat.

3 Sic libri passim cum Oliveto et Clerico; vulgo *quum.*

4 In suo munere multorum mensium. Nam Laodiceam primum venit prid. Kal. Sext., eodem rediit ineunte mense Febr., ep. CCL, 7, mansit usque ad Idus Mai. ut ex eadem constat. Ad eum igitur, quum esset iterum Laodiceae, Marcilius adolescens venit; ex quo de anno epistolae coniecturam facimus. *Manut.*

CCLIV.

1 Parthicum, de quo in epp. CCLII, 11; CCXXVI, 2; CCXXI, et CCXIV, 1, 2, aliisque.

2 Nunc enim erat Laodiceae in Asia; vide ep. CCL, 7. *Manut.*

3 Ep. CCXXXII. *Id*, quod proxime sequitur, non est in Ambb. 3, 7, 13 et Rec., at Amb. 15 *id nunc* etc.

4 Rec. *ut quam primum e.*

CCLV.

1 Iocatur; quia Caelius quoque locum inter Oratores obtinebat. Ep. CCXLV, 1: *Novi ego vos magnos patronos.* Manut. Cod. Rec. *nostra oratoria.*

2 Vid. ep. seq. 4.

3 Cod. secund. *Ea iam consecuti.* Mox *accessio*, scilicet laudis, aut famae. *Metuenda*, ne quod laudis adepti sumus, prorogata provincia nobis adimat.

4 Sic Ambr. quartusdec. cum vulgatis; alii *et possimus et soleamus* cum regiis codd. Paris.

5 Idest IV, aut III Kal. Sextiles (epp. CCL, 7; CCLVI, 4, CCVII init. et CCXIII extr.); quam ante diem Parthi movere non videbantur.

6 Ep. CCLII, 17.

7 Ludit eleganter, et suae laudis aliquid admiscet, quasi hae ferae doleant, se non sentire solas felicitatem provinciae suae praeside Cicerone, et quum latronem aut insidiatorem nemo ibi metuat ob vigilantiam et iustitiam proconsulis, sibi tranquillis esse non licere, sed insidiis patere venantium. *I. F. Gronovius.*

8 In Asia provincia, ac proinde extra Ciceronis iurisdictionem. Zel. A *in Cariam — discedere.*

9 Male libri scripti aliquot *ipsa dies*: nam *dies* genere feminino de tempore, non de certa die, ut hic est, plerumque accipitur.

10 Nonis April., quo die Matri Deûm sacra fiebant,

quae *Megalensia* dicebantur. *Corrad.* Et *Megalenses*, et *Romani* ludi ad aediles curules pertinebant (Dio lib. XXXVII, c. 8; et XLIII, c. 48). Dies igitur Megalensium, qui dabantur Aprili mense, Ciceronem admonebat ludorum Rom., quos Caelius Septembri mense daturus erat. *Manut.* *Megalensia* a graeca voce μεγάλη, *magna*, quod *magna mater* Dea illa vocaretur. Sed *Megalenses*, *Megalensia*, *Megalensibus* sive graece, sive latine dici negat Lambinus, qui ideo rescripsit *Megalesiis*. Vide Liv. XXIX, 14; Ovid. Fast. IV, 357.

CCLVI.

1 Qui dixerat, Q. Ciceronem dimissurum uxorem suam, Attici sororem. *Ernestius.* Iens. Vict. *ab Cincio de S. s.*

2 Ἀποσιώπησις plena indignationis et stomachi. Sic locum constituit, et explanavit Victorius, et sic habet ed. Ro. A libris fere absunt *probari autem.* Duo codd. Iunii *probari autem. At de isto h.*

3 Sic Ernestius primus ex ed. Iensoni. Graev. *etsi sint*, ab Ernestio notatus, qui et *plura vincla* supra malebat.

4 Quintum fratrem meum. *Ernest.* Mox lib. Land. *asperrime.*

5 Militiam vocat provinciae administrationem cum imperio.

6 *Scripserit — acturus*, nimirum Quintus frater. *Ad libertum*, Statium, de quo ep. XLIV extr. et LII init.

7 Scil. se praestare eum, qui esse debet. Vide ad epist. CCLXIV, 3. Phaedrus III, 44:

> Quale caput est, talis praestatur sapor.

Tum *maximae partes*, nimirum mihi potissimum suscipienda cura est Ciceronis pueri, immo adolescentis; de

quo in ep. CCLII, 9. Vulgo olim *ac maximae partes;* copulam ex ingenio delevit Ernestius, et eum sequuntur omnes.

8 Scripsit Cicero *in quo e. r.*; sic enim Latini semper. *Ernest.*

9 Non inconsiderati, non indulgentis, explicat Manutius. At Ernestius non probat, mavultque *non meo tantum.* Mox *Dicaearchi*, Geographi (ep. XXVII, 2), et philosophi Peripatetici. *Multis nominibus*, multis de causis. Infra Iens. Vict. aliique *Charonis.* Chaeronem induxerat Dicaearchus narrantem, quae in Trophonii antro cognovisset. Induxerat autem in libris περὶ τῆς εἰς Τροφωνίυ καταβάσεως (*De descensu in Trophonii antrum*), quos citat Athenaeus lib. XIII p. 595, et 641 ed. Lugd. 1657. Anton. Augustinus malebat *Chaerontis.* Erat autem antrum illud in Boeotia, ex eoque oracula edebantur; Cic. Nat. Deor. III, 19.

10 Sine dubio corrigendum *sint.* Ernest.

11 Verbum insolens pro simplici *credens.* Plaut. Asin. III, 3, v. 37:

Quisnam istuc accredat tibi.

Libri vett. *aggrediens*; unus apud Lamb. *ei credens.*

12 An *Dicaearcho* est a glossatore? Sic videbatur et P. Manutio. *Ernest.* Infra *Vestorio* — *Cluvio*, argentariis, apud quos Atticus et Cicero pecuniam deponere solebant. Iocose, inquit Schütz, fidem historici comparat cum fide feneratorum. Multi Ciceronis ioci in Atticum pecuniam respiciunt. Sic e. c. ep. CCLII, 3: *Duo tresve perdivites sunt; sed ii suum tam diligenter tenent, quam tu, aut ego.*

13 Erravit Dicaearchus, si quidem hoc sensit. Nam *Lepreon* Arcadiae quî potest oppidum maritimum esse? quum Arcadia sit regio mediterranea, et undique a mari remota,

inquit Plinius IV, 10, alias 6. Est *Lepreon* in Achaia, quod inter urbes in litore per ordinem dispositas idem numerat; inter quas etiam fuerunt *Aliphera* et *Tenea.* Popma. Ernestius mallet *Lepreon quondam.* Ideo autem νεόκτιστα, sive *recens condita* putabat, quod Homerus τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ, idest, *in navium enumeratione* (Iliad. II) e Peloponneso discedentium, mentionem istorum non facit. *Tenea* dictavit esse scribendum Graevius ex Strabone XIII et Stephano, et rescribunt nunc omnes. Mss. *Tene.*

14 In libros *de Re publ.*, ad quos pertinebat disputatio de commerciis et mercatibus civitatum, quibus maritimae magis abundant et pollent, quam mediterraneae. Quod ipsum etiam disputat Aristoteles in suis Politicorum libb. VI et VII. *Popma.*

15 Nimirum in exemplo tuo (sc. librorum de Re publ.), sic corrige, et sic ego in meo exemplo correxi. *Ernest.* Nam *Phliuntios* non recte scripserat, analogia deceptus, quod, ut ab Ὀπoῦς, Σιποῦς, Ὀπoύντιοι, Σιπούντιοι, item *Phliuntios* a Φλιοῦς deduci putaverat. *Manut.* *Phliuntios* tamen aeque dici incolas huius urbis, ac *Phliusios*, auctor est Stephanus *de urbibus.* Graev.

16 De foro Laodiceae ep. CCL, 7.

17 His civitatibus ego duobus modis. *Corrad.*

18 Placet *alterum*, ut ad genus referatur; nisi intelligamus *causa*, ad sensum potius respicientes, quam ad verba. Sed et Victoriana editio habet *alterum.* Malaspina. In Victorii novissima *altera* quoque legitur, et ad propinquius *Hac — re* refert Lambinus.

19 Nimirum graeci. Soloecismum notat Malaspina in verbis; sed usurpatum non raro probatis scriptoribus, ut Terent. Hec. IV, 4, 38 *mater sua*, pro *mater eius.* Edd. pr. cum Vict. *magistratus vi*; sed furta per vim fieri non solere idem Malasp. animadvertit.

20 Scilicet, nullo negotio, quod pecuniae ad id satis acceperant. Pecuniis autem publicis administrandis Graeci ipsi praeerant, ut putat Manutius. *Lustro*, quinquennio. Censores quinto quoque anno rei pub. agros publicos locabant colendos.

21 Id fecisti. Mox *impedita* auctore Ernestio recepit recte, puto, etiam Schütz, pro vulgato *imperita*.

22 Difficiles, qualibus uti solent alii, qui provinciis praesunt; vid. ep. XXIX, 8. *Corrad.* Non introducti per cubicularium, sed ex se Ciceronem conveniebant omnes; neque quicquam per cubicularium agebat, sed per se ipsum.

23 Scilicet, urbana et forensi, quum causas adhuc ageret. *Ernest.*

24 Hoc est, explentur. Sic ep. CCLXIX, 2: *Annuum tempus prope iam emeritum habebamus.* Casaub.

25 Eum nullo modo concessurum, ut aliquid novi de provinciis decernatur, ut prorogentur. *Ernest.* Vide ad epp. CCX, 2; CCXI, 2 et CCLXXII, 2.

26 Ariobarzanis, Bruti debitoris; ep. CCLII, 3. *Schütz.*

27 Vide ep. CCXIX.

28 Faërni liber addit *literis;* sed id ex superioribus intelligitur, et in aliis libris melius omittitur. Edd. Iens. Herv. Asc. *creberrime*, lib. Land. *creberrimus.*

29 Vid. epp. CCL, 8 et CCLII, 4.

30 Idest, non quae (centesimae) semper novas ex se gignerent usuras, sed quae tantum quotannis repeterentur. *Ernest.*

31 Edd. pr. *tu qui ais.* Schütz *quid tu? qui ais.* Ernestius malebat *tun' ais.* Rectius autem *qui* collocaveris ante *quaternas: qui quaternas habebat* etc.

32 Scilicet Auli Gabinii, de qua ep. CCL, 8. Edd. pr. *Alexius*; quam vocem si trifariam dividas cum Victorio habebis *A. lex. ius* ut vulgo; Aldi *ea lex.*

33 Excidit *ex* ante *ista*; nam paullo supra *ut ius ex Syngrapha d.*, et sic alias semper.

34 Intellige *an*, vel adde. *Ernest.* Schützius revera *an tibi*, *nescio*; scil. sim probaturus.

35 Olim addebatur *nostrae*, quod auctoritate mss. delendum censebant Malasp. et Graevius, et delevit Ernestius. Abest etiam ab ed. Ro. *Elegantiae*, idest, recti in agendo iudicii. Vid. ad ep. CXXIV, 1. Loquitur de integritate et elegantia universe.

36 Dictum a Cicerone hyperbolice. Vid. Appianum Bell. Civ. I, 116.

37 Scilicet Cypro, ubi homines molles, minus fortes, qui non resistere, nec ferre ullam vim possent militarem. *Ernest.* *Tenera*, hoc est parum munita, et iniuriis opportuna. *Casaub.* Tibull. II, 11, 4; *tener Arabs*, h. e. mollis.

38 Supple praefectum constitueremus, quod iam ep. CCL, 8, et iterum ep. CCLVI, 6 indicat.

39 Miratur Cicero, cur turmas equitum potius velit Scaptius, quam peditum cohortes, quum in illis alendis maiores sumtus facere oporteat: quasique iocans dicit (ut putamus) *sumtu iam nepos evadet Scaptius*, quum primus avarus, ut fenerator, a nobis haberetur, nunc repente prodigus et sumtuosus factus est. Hanc etiam lectionem videntur perspexisse Germani. *Victor.* Edd. Cratandri apud Ernestium *sumtuum iam nec vades poscet Scaptius;* Herv. *sumtum iamne poscet ad id Scaptius.* Varietati locum fecerunt libri vett. legentes *sumtum iam ne posse vadit S.* Mox *principes*, scilicet Cypriorum. *Inquis*, melius refertur ad Atticum, quam *inquit*, ut alii libri habent, ad Scaptium. Primum tuetur Ernestius, alterum Graevius *Scio*, ironice; idque patet ex eo, quod statim subdit, *nam....flentes* etc.

40 Ed. Ro. habet *cetera*, quod et in mss. suis reperit Graevius, quod malim. *Ernest.*

41 *De re publ.* epp. CXLVI, 4, et CLIV, 1, aliisque in locis. Mox Amb. 17, *quos studiose laudas*, 16 simpliciter *quos tu laudas*, ut ep. CCLXIV, 1, not. 14. *Dilaudas* ita insolens est, ut nullo alio in loco illud invenias. Infra *nimis* iteravit recte Bosius ex mss. Tornaes. et Crusellino.

42 Appius accusatus erat de repetundis a Dolabella (epp. CCLXI, 1; et CCXLII init.); et quoniam arcessendi erant Romam testes de Appii administratione, ei multum vel prodesse, vel obesse poterat Cicero. Pro vulgato *faciemus* a Graevio invecto rescripsi cum utroque Ambb. et Manutio *facimus*. Aptius, ut iam viderunt Ernestius et Schützius. Nam dudum fecerat, ut est in ep. CCLXIV, 3. Infra *Brutum*, Appii generum; ep. CXCIV, 2. *Pompeius*, cuius filius natu maior Appii filiam duxerat uxorem, ep. CCLXI, 3 a med.

43 Cognomine *Caldum*; vide epp. CCLXII et CCLXXIII, 4.

44 Negotia Pammeni, de quibus supra CCXXVIII extr. *Ernest.*

45 Cui controversia fuerit cum homine tam fatuo. Vide supra CLXXXV, 1, et CCXXIII, 1. *Manut.*

46 Attici filiolam; ep. CCLII, 19. Mulieres vocabantur nomine familiae. Atticus autem post hereditatem avunculi Caecilii *Caecilius* appellatus est; ep. LXXV. *Mongaltius.* Recte Muretus malebat *Caeciliam nostris i. l.*

CCLVII.

1 Vsus elegans particulae, hac vi: *ne de aliis dicam*, *ut alia taceam, quas proxime* etc. Ter. Andr. III, 2, 9; alias III, 1, 31; Virg. Æn. XI, 406. *I. F. Gronov.* Mox *prudentis*, intelligendum cum Ernestio *hominis*; Lallem. *prudentes.*

2 *Officii*, quia retulerat ad Ciceronem de Tullia Dola-

bellae collocanda; *consilii*, quia scripserat Caelius his verbis: *Si res tibi non displicebit, tamen hoc tempore nihil de tua voluntate ostendas;* ep. CCXLII, 2. *Manut.*

3 Susceptam ex eo, quod frater eius P. Clodius capitali odio a Cicerone dissideret. *Deposuimus*, auctore Pompeio, cuius filio Appii filia nupserat. Id cognovimus ex lib. epistolarum incerto ad M. Brutum apud Quintil. IX, 3, 41: *Ego quum in gratiam redierim cum Appio Claudio, et redierim per Cn. Pompeium.* Manut.

4 Locus controversus et plenus dissensionis. Codicum Amb. aliqui: *quoniam comicos martis* (sive *martiis*) — *accidit Phauma;* alii: *quom* κωμικὸς μάρτυς — *accidit Phania;* atque unus ex his *accedit*, sed ex emendatione. Emendationem Martyni-Lagunae sequimur, qui praeterea habet *tu scis, tu es testis.* Vulgo *quoniam* κ. μ — *occidit Phania*, in quo *accidit* Camerarius in *occidit* mutavit. Bifariam dividuntur interpretes. Primi, qui et recentiores, sic explanant: Tu, Curio, es testis, tibique iam alter testis accedit Phania, Appii libertus, ex quo de mea in se benivolentia Appius cognoscere iam potuit. Alii vero, inter quos Gronovius: Testem dare poteram ante omnes libertum eius Phaniam; nunc te potius appellabo ipsum, quando ille, ni fallor, Acherunti potius, quam inter superos, testimonium potest perhibere. Hunc vocat κωμικὸν μάρτυρα nullam aliam ob causam, quam ob nomen personis scenicis imponi solitum, ut Sosias apud Terentium. Erasmus legendum suspicatus est οἰκικὸς, scilicet domesticus testis; recte quidem, si saltem unus ei ms. suffragaretur. Amb. 14 *Comicus vates.*

5 *Pompeii — Brutum*, vide in ep. sup., 6. *In optatis sit* rescripsit Ernest ex edd. pr. ms. suo, et Gu. Quibus adde Zell. A, B, et Rec. Ante illum *in o. est.*

6 In auguratu; ep. CXCIV, 2. *Collegii laude et scientia*

studiosum mei, quippe qui libros augurales suos mihi dicarit; ep. CCXLIX, 3. *Corrad.*

7 Bene Ernestius primus addidit *te*. Eius coniectura confirmatur duobus Ambb. et Rec.

8 Quasi acta eius in provincia successor rescidissem, et sic ei me parum aequum et benivolum demonstrassem. *I. F. Gronov.*

9 Tetigit hanc rem epp. CCXXII, 1 ante fin., et CCLII, 2 med. Mox Zel. B *Ex quo quidam s. sunt fortasse.*

10 Qui Appium reum fecerat; ep. CCXLII, 1.

11 Respicit locum epistolae Caelii CCXLII, 3, quem vide. *Nostrum amicum*, intelligunt Curionem ex verbis epistolae CCXLII, 3: *Curioni nostro tribunatus conglaciat.*

12 Scilicet, quod tua manu scripsisti, quum in superiore pagella alterius manu usus sis. Respicit autem eumdem locum ep. CCXLII, 3 de Curione. Infra Zell. A, B, Rec. *non defendit*, et inferius Rec. *qui hoc p.*

13 Haec omnia vide in ep. CCLVI, 3, et in aliis ad Att. Rec. *Mihi erat in animo — civitates locupletare, in publicanis etiam superioribus lustris reliqua — conservatam in privatis s. i. f. i. proficisci in Ciliciam statui.* Vulgatum constituit Io. Petrus Crassus, ut testatur Bern. Rutilius in Decur.

14 Erat enim praesidium relinquendum, si quid Parthi conarentur; ep. CCLII, 11. *Manut.* Antiquus liber Vrsini *militemque in ea collocassem.* Tum Schütz *ut quum — decederem*, quod et Rec. habet. *Ex senatus consulto*, ep. CCLXIX, 2: *Quoad mihi praeesse provinciae per SCtum liceret.* Nec dubitat Manutius, quin senatus id decreverit M. Marcello consule referente, ad quem haec scripsit ep. CCXVII, 1: *Ne quid accedat temporis ad id, quod tu mihi et SCto et lege finisti.*

CCLVIII.

1 Asiae; epp. CCXXX-CCXXXII.

2 Rec. *officia.*

3 C. Antonius, frater Marci Antonii, postea Triumviri. *Schütz.* Mox *ignominia*, si provinciae non praeponatur, quum decedes. Nam quaestor legatos honoris gradu superabat, quod probatur ep. CCLXXIII, 4. *Manut.*

4 Honoris, in urbe dati. Nam quaestura primus est honoris gradus, et in urbe datur; legatio vero huiusmodi, in provincia saepius, nec ad honorum gradus pertinet. *Corrad.* Tum *superiorem*, vide Phil. X, 6, ubi quaestores et proquaestores ante legatos nominantur.

5 Legatorum. *Cellar.* Tum *tres fratres*, Marcum, Lucium et Caium, Antonios. *Schütz.*

6 Vnus post alium, et alter alteri succedendo.

7 In aliquem scilicet ex tribus fratribus tribunum pl., qui potentia magistratus sui fretus Thermum e provincia decedentem vexaret.

8 Qui nimirum quaestores fuere ante, quam fierent legati. Sic locum explanat I. Fr. Gronovius, provocans ad Verr. I, 21. In Amb. 13 abest *quaestoriis;* in 6 *quaestor*, in aliis *quaestoris* legitur; quod aliqui rescribunt.

9 Rec. *dignum te*, et statim cum Amb. 13 *tua laus ut spero et opto.* Mox *offenderit,* peccarit, ut epist. CXIII, 3: *Si cecidisset, ut volumus, et optamus omnes te et sapienter et fortiter; sin aliquid esset offensum, eosdem illos et temere, et cupide fecisse dicturos.*

10 Erat igitur in Asia, cuius tres dioeceses provinciae suae attributas esse scribit ep. DIX. Erat autem Laodiceae, ubi mansit ad Id. Mai; quod significat ep. CCL, 5, et CCLVI, 4, quum dicit *in Ciliciam cogitabam,* nimirum ex Asia. *Manut.*

11 Posteri temporis otio. *Posteritas* enim non solum posteros, verum etiam posterum tempus ostendit; ut Catil. I, 9; *Si minus in praesens tempus — at in posteritatem.* Manutius. Zel. A omisit *sed* initio periodi.

CCLIX.

1 Videtur idem esse in epp. CDLXXXIX et CDXCV, quamvis hic Evander, ibi Hammonius dicatur. *Corrad.* Libri olim *Gaviano.*

2 Parte aedium urbanarum exsulis C. Memmii. Nam sacraria non modo in sacris aedibus, verum in profanis etiam esse poterant loca quaedam consecrata, vel ubi sacrae res custodirentur, vel ubi sacra gentilitia fierent. Verr. IV, 2, Sveton. in Aug. 5, et in Tib. 51. Eam igitur suarum aedium partem locaverat ante, quam ab urbe discederet Memmius, Evandro statuario. *Manut.* In vicinia sacrarii, sive ea parte domus, in qua sacrarium. *Ernest.*

3 Corrado placebat *demigrare.* Defendi tamen potest *remigrare*, etiamsi non in veterem domum rediturus fuerit Evander. *Schoenb.* Recepit Lamb. *demigrare.*

4 Kalendae Quintiles in urbe primus erat locationum dies. Ad Q. fratrem, ep. XCIX, 8: *Post Kal. Quintiles in tuam* (domum) *commigrabis.* Manut.

5 Ed. Ro. *angam si rogem.*

CCLX.

1 Graevius et edd. pr. *Fusium.*

2 Edd. pr. *tam mihi gratum.*

3 Ipsum ita tibi devinxeris, ut summum eius officium, et summa eius observantia in perpetuum tibi sint prae-

sto futura. Idem notares, si diceres: *ad summum o. devinxeris.* Pluribus illustratur genus dicendi ad Sall. Iug. c. 52. *Cortius.*

CCLXI.

1 Dolabellae (epp. CCXLII, 1; CCLVII, 2), qui Appium, triumphum ad urbem exspectantem, accusavit de maiestate. Supra edd. Ro. et Iens. *est nobis allatum.*

2 Ed. Med. *facilia.*

3 Hoc est, hanc iniuriam, molestiam. Terent. And. V, 2, 29. *Graev.*

4 Quia, ut se defenderet, urbem ingredi debuit, ac proinde triumphi spem abiicere; ep. CCXLII, 1. Mox *tanti facies, quanti* etc., h. e. nihili.

5 Sic Victorius, qui et exponit: iudico, te omne studium tuum et laborem ponere debere, ut etc. Olim *Video fore verius opus sapientiaque tua.*

6 Et hoc a Victorio; recte. Alii libri *obtestans*, vel *testans.*

7 Ita Martyni-Laguna. Vulgo *malo enim.*

8 Ne quis ex provincia Romam iret, ut adversus Appium testimonium diceret. Hinc illud ep. CCLXV, 1 extr.: *De mercenariis testibus a suis civitatibus notandis — fiet a me, quum per Asiam decedam.* Manut.

9 Quia diu me pungunt, et longum dolorem reliquerunt. *Cort.*

10 Rogaverat Appius Ciceronem, ut praestaret sibi quicquid posset pro salute sua; et Caelius ep. CCXLII, 1. Appius *in te maximam spem habet.* Manut.

11 Legatus Ciceronis; ep. CXCI, 3. Tractatus fuit praestanti ac singulari fide, quum per Cons. Appium potuit contra Catonem et Servilium de Allobrogibus triumphare; ep. CLIII extr.

12 Alias absolute Cicero *conscendere* dicit, quin *navem* addat. *Laodiceam revertit*, ut in provincia Ciceronis operam daret, ne testes in te Romam irent, ut explanat Manutius.

13 Sensum facilius percipiet, qui voces sic ordinabit: *Quin solicitudo ista sit futura tibi amplitudo.* Olivet. At Lambinus, Manut. et de Franciscis *quin tibi amplitudini ista solicitudo* etc.

14 Quod si accidat, fore non dubitat, ut Censor ipse Appius creetur. Itaque subiungit: *Et si ita gesseris censuram.* Manut. Languebat autem, ut inquit Pighius ad hunc annum, censura, propter civitatis factiones et dissidia; et periculum erat, ne hic magistratus aboliretur. Revera creatus cum L. Pisone Appius hoc anno ultimi fuere censores libera re publ. Edidi *effeceris* cum Ernestio, Lambino, Manut. de Franciscis et Clerico. Vulgo *si vero efficis.* Tum triumviri illi medii *ut censor creeris.*

15 Adscivi *videam* ante *tribui* ex ed. Ro. omnibus interpp. invitis; quorum Lambinus, ut alios taceam, sic sine *videam* legit, ut *quum* et *tum* hic intelligantur esse non adverbia temporis, sed copulationes; et infinitivus *tribui* regatur ab illo toto *capio magnam voluptatem.*

16 Una in primis. Habet enim non tam definiendi, quam augendi vim. *Manut.* Ed. Ro. *una est semper t. merces laborum*; Zel. B *una semper est t. m. l.* Ἐν παρέργῳ Graevius supra corrigit *illustres viros*; quod tamen seqq. viris doctis non probavit. Zel. B *industriosos.*

17 Dolabella. Zel. B *fuisse adolescenti.* — *Defendi*, se non defuisse Dolabellae periculis dixit etiam ep. DCXL; at quibus et quando, nemo dixit. *Capitis iudicium* dicitur, quo libertas aut civitas amittitur. *Patroni*, idest Ciceronis.

18 Tacite editum est a Schützio *lenissime*; nisi vitium est operarum.

19 Ep. CCXLII, 1. Dictitabat fortasse probari a Cicerone accusationem illam hoc argumento, quod sibi tunc filiam suam collocasset. *Manutius.* Infra ms. Zel. B *de quo etiam sermone.*

20 Nuptiis filiae conciliatam; ep. CCXLII, 2.

21 Hanc iam accusationem Cicero conatus est diluere ep. CCXXII, 1.

22 Verba *nimirum ex Epicteto* addidit Victorius auctoritate mstorum, et Graevius ex Italico, Amstel. et suo primo probavit. Secundus dumtaxat Ambrosianorum habet mendose: *non mirum ex epicteto.* Manutius et Lambinus ea genuina esse negabant, et potius interpreti cuidam tribuenda. Ac Manutius quidem hoc argumento utebatur, quod non ex Epicteto, sed ex multis civitatibus Cicero (ep. CCXXII, 1) dixit ad se adiisse principes, ad seque detulisse, sumtus legatis nimis magnos decerni. Quod argumentum Benedictus scite infirmat Strabonis loco lib. XII, p. 833, ed. Falconer; ubi regionis Epicteti sive Phrygiae minoris plures civitates memorantur: *Azani, Nacoleia, Cotyaeium, Midaium, Dorylaium et Cadi.* Quo in loco nominantur Midaeenses, quos Ciceronem in hac causa adiisse memorat iam appellata epistola. Contra Lambinum vero affirmantem haec verba glossam sapere, facit Ernestius, qui affirmat nullo modo fieri potuisse, ut imperito librario in mentem veniret de Epicteto. Ceterum adverbium *nimirum* expunxit Schützius, quod ortum esse videtur ex antecedente *nemini.*

23 Non tam hoc imperii, quam iudicii fuit. *Manut.* Mox Zel. B *sumtus quam maxime*, omisso *legatis*, quae vox a superiori inculcata est. *Ad legem*, secundum quod lex Cornelia *de provinciis ordinandis* iubebat.

24 Tabulae publicae, in quas accepti expensique ratio re-

fertur. *Manut.* Infra *datum induxit*, scilicet, *quantum quaeque (civitas) voluit legatis tuis datum*, tantum in rationes induxit, id est, tantum in tabulas publicas expensum retulit, ut explicat Lambinus. Ab Amb. 13 absunt *legatis tuis*; et in marg. Zeladiani B *alii suis*. Msti multi sive Ambr. sive alii *indixit*, h. e. imperavit; quod Lambinus ipse aeque probabat, ac *induxit*.

25 Vetitos edicto meo. *Manut.*

26 Quum sis reus (ep. CCLXV, 1), nec addere laboranti molestiam debeam. *Manut.* Male cod. Rec. omittit *tuo*; cf. cum ep. CXLVIII, 8 *de temporibus meis*; CDVII, 1, *hoc meo tempore*; CDLXIII extr. *tristissimo meo tempore*; sic ep. CDLXX, 1, et pro Sext. 58.

27 Lambinus *dedidi.*

28 *Et insidiosum* Martyni-Laguna omisit, quod et male sonet post *perfidiosum*, et eius vis iam sit in *fallax*. Cod. Rec. solum *et* omisit.

29 Libri aliquot *lubet*, alii utrumque *iuvat lubet*; ex quo esse a glossatore *lubet* arguit Ernestius.

30 H. e. in quo indices odium apertissime, noceas levissime, ut Heusingerus explicavit ad Phil. II, 1. Amb. 3 *ad indurandum animum et odium.*

31 Quum scilicet frater tuus P. Clodius me acerrime oppugnabat (epp. XLVII, 4, XLVIII, 1, et XLIX, 4), et in exsilium egit. Infra Zel. B *esse cognovissem.*

32 Cicero scilicet et Appius. *Quid egisti*, quid a me postulasti.

33 In provinciam proficiscentem; quod in more fuit, ut ep. CXIV, init. *Manut.*

34 Haec duo *atque honoratissimi* non agnoscit Zel. B.

35 Reconditae; ad ep. CDLXXI. Significat scientiam auguralem.

36 Minus recte Schützius post Martyni-Lagunam *illa*

quanta popularia. Tandem hic egregie finit enumerationem rationum sive domesticarum, sive popularium, hoc est publicarum, quibus se a fallacia et perfidia purgat Cicero. *Quanta* autem hoc loco nihili est, quum statim infra de universis rationibus sive privatis, sive publicis dicat *tam multa, atque tanta.*

37 Confirmat hoc, quod scripsit Caelius ep. CCXLII, 1, et clarius Cicero pro Gabinio: *Ego quum omnes amicitias tuendas semper putavi summa religione et fide, tum eas maxime, quae essent ex inimicitiis revocatae in gratiam; propterea quod integris amicitiis officium praetermissum, imprudentiae, vel, ut gravius interpretemur, negligentiae excusatione defenditur: post reditum in gratiam si quid est commissum, id non neglectum, sed violatum putatur, nec imprudentiae, sed perfidiae assignari solet.* Manut. *Amplissimi Sacerdotii*, nimirum auguratus. *Idem.*

38 Gebhardus ex quinque Palatt. *optari*, quod recte iam Graevius improbavit.

39 Ab exsilio; de quo epp. a LIII ad LXXXVI. Rec. et ed. Med. *restituta.* Mox duo Ambb. *quae fuit umquam in amicitia.*

40 Placet, quomodo est in quatuor Ambb. aliisque et in edd. priscis *si ulla.* Quod vulgo editur, nihili est. Emendavit post Martyni-Lagunam Schützius *si alia.*

41 Subaudiendum, quam per me.

42 Reo ob necem P. Clodii. *Manut.* Mox Gruteri cod. *adversitante.* Ambb. plures *adversantem*, utrumque recte.

43 Quia suspicio fuit, Ciceronis consilio Clodium a Milone interfectum, idque Plancus et Q. Pompeius tribuni pl. seditiosis concionibus persuadere populo conati sunt. *Manut.* Ernestius, Graevius, aliique vetustiores *ne quae invidia*, contra libros, et latinitate non recta.

44 Exercitum eo tempore Pompeius in urbe habuit, ne quid res publ. ei commissa detrimenti caperet. *Manut.*

45 Zel. A *virorum.*

46 Vetus *perfecta* restituit ex libris suis Ernestius. Cicero dixit primum de rebus a se iam perfectis, deinde de coeptis non absolutis. Victorius et seqq. *profecta*, manifesta, ut idem Ernestius ait, tautologia. Nam *instituta* nihil differt. Tum Ambb. duo, Zel. B *constituta sint*, *c.* Hic totam Ciceronis explicationem beneficiorum, quae in Appium contulit, deesse viderunt VV. DD. inde a Victorio. Fortassis ab ipso Cicerone detracta fuit.

CCLXII.

1 In plerasque provincias cum proconsulibus aut propraetoribus singuli iuris dicundi gratia quaestores ibant, in nonnullas bini, ut in Siciliam Lilybaetanus et Syracusanus: quod scriptum est apud Asconium: duos et Cicero habuit in Ciliciensi provincia, Cn. Volusium, de quo ep. CXCVIII, 4, et Q. Mescinium, de quo epp. CDXCIV, CCXCII, CCLXVIII, 1, et CCLXX. Volusium suspicor ante finem annui imperii, avocatum fortasse negotiis, discessisse, et in eius locum forte Caelium venisse, extremo, ut opinor, mense administrationis annuae, ex ep. CCLXIX, 2, et infra. *Manut.* Quaestores ibant in provincias sortitione; quod patet ex ep. ad Quintum fratrem XXIX, 3: *Quaestorem habes, non tuo iudicio delectum, sed eum, quem sors dedit.* Et pro Murena c. 8: *Quaestura utriusque propemodum pari momento sortis fuit.*

2 Alii *fors:* pariter ex libris.

3 Sic bene, auctore Manutio, Schützius. Vulgo male *Postea quam.* Qui Schütz., auctore Benedicto, quibus suffragantur omnes fere libri, correxit etiam *ne ita caderet;* vulgati *ne id ita c.*

4 Edd. Ro. et Iens. *in Ciliciam;* sed coniunge *accepi in Cilicia,* scil. quum essem in Cilicia. Mox *in castris,* ut rem militarem ante decessionem suam collocaret; ep. CCLVII extr., ut explanat Manutius.

5 Sic vett. edd. Alii *et quo tempore*, vel *atque quo t.*, vel *atque t.* Schützius tacite dedit *nec quo tempore.*

6 Lamb. *aut quo.*

7 Libri aliquot et edd. pr. *faciendum. Faciundum, ut — mitterem,* h. e. mittendos a me esse; vid. ad ep. LXXVIII, 1, not. 3.

8 Vt ante, quam decedam, in provinciam venire possis. *Manutius.*

9 Qui propraetor Siciliam administraverat. Pro Planc. c. 40. *Manut.* Correxit Manutius; libri ante eum *consul V.*

10 Honore nimirum quaesturae. *Coniunctione*, id est quod supra dixit *necessitudine;* vide ad ep. CCLXXI, 2, not. 20, et in Ind.

11 Lamb. *te optatior.*

12 Idest omnia — ornamenta proficiscentur. Mox edd. fere ante Vict. *elaborabo, ut omnes* etc.

13 Quum cogitaret eum decedens provinciae praeponere; epp. CCLXXIII, 4 et CCLXVIII, 1. *Manut.*

CCLXIII.

1 C. Curionis, L. Aemilii Paulli, tribunorum pl., qui causam Caesaris tuebantur. *Ita molestae Quinquatrus,* ita turbulentae res fuerunt Quinquatribus, h. e. quae Quinquatribus acciderant. Tempus frequenter, pro rebus, quae accidunt, ponitur. Alii tamen pariter ex mstis *quinquatriis.*

2 Quae post Quinquatrus acta sunt. De tempore etiam

Velleius I, 17 dixit: *Nec poëtarum in antiquius citeriusve (aevum) processit ubertas.* Cortius. Ipse Cic. Leg. III, 2: *ut ad haec citeriora veniam.* De hac forma Gronovius Obs. IV, 11, p. 167. Male libri aliquot *certiora.*

3 Sic libri passim cum Schützio. Vulgo *si quae.*

4 Annuam provinciae administrationem. *Graev.*

5 Ep. CCXXIII extr. Mox nihil melius, quam quod ex Martyni-Laguna recepit Schützius, *Pessinunta.* Vulgo *Pessinunte;* quod oppidum Phrygiae longe aberat a Cicerone.

6 Vulgo *iter habebant ad Deiotarum regem: quamquam omnia nec benigna, nec copiosa cognorant.* Melior lectio Martyni-Lagunae debetur. *Adiatorigis* nomen verum esse iam Iac. Taurellus viderat adstipulante Manutio. *Schütz.* Correctionem Martyni-Lagunae eo libentius admisi, quod in libris passim legitur *ad Iato regem*, et in Amb. sec. *ablorigge, qua nec benignam, nec copiosam cognorant.*

7 Addidit *est* Ernestius ex mss. et edd. pr., quod a vulgatis edd. aberat. *Obscura*, ad famam; *sordida*, ad lucrum.

8 Recepi *est* ex Schützio, quod etiam plures Ambb. cum Zel. B habent, et Graevius se vulgatis addidisse putabat. Sensum aperit Quarterius: in recusanda provincia eandem integritatis et abstinentiae laudem essem consecutus, quum intellexissent omnes, me lucri studio non trahi. Gebhardus ex quat. suis *non eram minor* etc., quam lectionem frigere sensit iam idem Graevius.

9 Obiectio Caelii: si non administrasses provinciam, quae spes triumphi fuisset? *Quarter.*

10 Vulgo *spem triumphi? inquis. Satis gloriose triumpharem, si non essem quidem tamdiu.* Optime vero Martyni-Laguna hunc locum constituit, partim praeeunte Benedicto. In verbis *satis gloriose triumpharam* respicit gloriam consulatus, fortassis etiam reditus ab exsilio.

Schütz. Receptum *spes* multi etiam nostrorum habent; *triumpharam* secundus; vulgatum *si* nulli fere. Non ergo omnino gratuito, et, ut ait Clericus, audacius, haec mutata fuerunt. Iam ante triumpharam, quam provinciam conservassem; nec, si eam contemsissem, nunc essem in desiderio rerum mearum.

CCLXIV.

1 Edd. Ro. et Lambini *nihil.*

2 Est hemistichium cum senario integro veteris Tragici. Significat Cicero, se ab Attico satis magno maris interiecti intervallo distineri. *Schoenb.* Mox Ernestius corrigebat *obrepit*; quod nondum adesset dies ille. Recepit Schütz. *A d. III K. S. — decedendum est,* cfer ep. CCLVI, 4.

3 A decessione Ciceronis ad electionem successoris; cfer ep. CXLVIII, 12.

4 Edd. Iens. Aldi, Herv. *bonus*, ms. Land. *onus;* male, opinor. *Nemo — potior*, scil. fratre meo, si praeesse provinciae honor est.

5 Qui praeturam gesserit.

6 Roma in provinciam meam. Pomtinius vir praetorius erat et triumphalis.

7 Caelius nondum venerat, ep. CCLXII; Mescinium igitur intellige; ep. CCLXVIII, 1. *Manut.*

8 Sic Cuiacius emendavit e cod. Tornaesiano. Vulgo *sagax.* Tagax, idest furunculus, a *tagendo*, ut explanat Lambinus, cuius vocabuli Lucilius apud Nonium 1, 8 meminit:

> Et mutone manum perscribere posse tagacem.

Sic Festus. Dicebant autem *tago* veteres pro *tango.* Varr. Aldinae *rapax.*

9 Pro ut ut, quamvis, licet. Ep. DCCLXV: *Quae (res), ut ego absim, confici possunt.* Ovid. lib. IV epp. ex Ponto V, 7:

> Luce minus decima dominam venietis ad urbem,
> Vt festinatum non faciatis iter.

Ed. Iens. Aldi, Herv. *ut mihi hic.*

10 Hoc est, studii et curae in Quintum fratrem? Infra autem addit, hoc non solum non studii et curae, sed nec pietatis officium esse. Sic initio ep. XCII: *Ego omni officio, ac potius pietate erga te, ceteris satisfacio omnibus.* In seq. membro Olivetus non sine libris *et id videatur.*

11 Hoc est, sumtus in solum annum; in eum scilicet, quo Cicero praefuit provinciae, quique iam paene elapsus est.

12 Idest hominem aliquem levem. *Schütz.*

13 Id est, toto hoc negotio carere nos oportuit, nullamque provinciae huius partem attingere. Sic infra, ep. DLXXXVII, 1: *Totis igitur literis nihil opus est;* quod est: prorsus scribendum non fuit. *Malasp.* Infra, *tua provincia,* negotia tua, vel administratio in regionibus Thesprotiae, et Chaoniae; nempe in Epiro. Cum ioco.

14 De re publ.; ep. CLIV, 1. Mox Graevius *quos dilaudas,* ex Victorio; sed libri nostram lectionem tuentur.

15 Epp. CCXXXVIII, 1; CCXXVI, 2 et CCXXVIII, 1.

16 Curione tribuno pl. (epp. CCXXV, 2; CCXXVII, 1); Paullo cos. (ep. CCXXV, 2), utroque Caesaris causam defendente accepta grandi pecunia. *Manut.* Vide Vell. Pat. II, 48, Plut. in Caes., Appian. B. Civ. II, 26, seqq. Mox Lambinus *non quod.*

17 Hoc dicit, quia Pompeius infirma utebatur valitudine; Tusc. I, 35, ep. CCCXXV, et Vell. l. c. *Stante — sedente*, parato, vel etiam imparato.

18 Componere, conformare; et infra, *est quiddam,* sc. interest.

19 De Bruti et Scaptii negotio plura vide in epp. CCL, 8; CCLII, 4 et CCLVI, 5.

20 Scilicet per Pompeium, qui regem sexcentis procuratoribus pressit; ep. CCLII, 3; *prolixior,* copiosior, liberalior in solvendo fuit. Pecuniam autem Ariobarzanes rex debebat Pompeio et Bruto.

21 Praestare aliquem dicimus, quum efficimus, ne quid is committat secus, quam volumus. *Manut.* Sic ep. XXIX, 3: *non te unum, sed omnes ministros imperii tui praestare;* ep. CCLVI, 1 *se quemque praestare;* ubi vid. not. 7, et alia sexcenta.

22 Hoc a Faërno recepit Lambinus, omnesque posterr. Mss. *liberius.*

23 Quem a Dolabella accusatum, omnibus officiis, Bruti maxime causa, sublevavi; ep. CCLVI, 6, CCLXI, 1 et 2. *Manut.*

24 Quum dicitur *turma* satis intelligitur *equitum,* quin opus sit addere. Recte ep. CCLVI, 5: *Habeat is turmas, cur non potius cohortes?* turmas opponens cohortibus, hoc est equites peditibus. *Vt ante me fecerat*; vide in epp. CCLII, 4 et CCLVI, 5.

25 Secutus sum et ego, post Ern. Schützium et Clericum, Vrsini librum. Olim *in quo.*

26 Fuerunt enim duo Scaptii amici Bruti; unus negotiator in Cilicia, et praefectus Appii in Cypro; alter negotiator in Cappadocia. *Popma.*

27 Non habet *ei* Amb. 16.

28 Vide ep. CCLII, 3 extr.

29 Per contemtum *canes* dicuntur asseclae. Sic Verr. I, 48: Verres *aiebat — multa sibi opus esse, multa canibus suis, quos circa se haberet.* Mox Lambinus *nec me proficiscentem — nec me — rogavit.*

30 Ita compellavit; ego Culleolum vix auderem compellare. Culleolus hic homo vilis fuisse visus est Popmae, non, ut Corradus existimat, ille Illyrici praefectus, ad quem sunt epp. CLXII et CLXIII. Infra multi libri *praefecto*, et vitiosius *profecto respondi* etc.

31 Sic maluit corrigere Bosius auctoritate unius codicis, et defendit Graevius, afferens exempla huius vocis ex Seneca de Tranq. animi c. 2, et de Constantia sup. c. 19, atque ex Livio. Sed Senecam nihil moror. Est enim authors senescentis latinitatis. Quod ad Livium attinet, locus, qui a Graevio affertur, ipse est sub iudice, nec *consules obirati senatui*, sed *consules ob ea irati senatui* scribit Livius XLII, 10. Ceterum est alius locus apud Livium I, 31, ubi *obirati* legitur, quod tamen in *subirati* mutandum videbatur Perizonio: adeo insolens vocabulum est. Libri veteres *operatione*, quod in *ratione*, vel *oratione*, vel *peroratione*, vel *oberratione* correctum fuit a variis.

32 Amb. 16 et Land. cum Lambino *scripsi diligentissime*; rectius, opinor: nam *diligentissime* inest in *perscripsi*.

33 Lamb. *et ἀκοινώνητον*.

34 Pro *contemnebat*, quod genus loquendi frequens est scriptoribus Latinis. Granius, inquit, quem potentiores despiciebant, ipse se non contemnebat, sed plurimi faciebat; idemque reges oderat superbos, hoc est magnates illos, qui ipsum despectui habebant. Hic Cicero sibi partes sumit Granii Luciliani, ut Bruti fastum et arrogantiam retundet, usurpatque versus Lucilii, quos in ore frequenter Atticus habebat. *Bosius*.

35 Immo certe legit.

36 Scilicet, *tua*: Quintum fratrem ei nuntium remittere velle. *Ad me*, nimirum scripseras; vide ep. CCLVI, 1.

37 Hoc est, quum ludi gladiatorii Laodiceae darentur;

prorsus ut ep. XXVI init.: *gladiatores M. Metelli cupide relinquenti*, et Phil. I, 15: *gladiatoribus clamores innumerabilium civium.* Igitur nihil opus corrigere cum Lamb. *cum gladiatoribus.*

38 Supple *feci.* Nihil amplius fecit Cicero, quam illum ad cenam invitare, ne videretur filii nequitiam continentibus officiis probare; addit *eiusdem patris causa*, quia pater in filio vivendi rationem non probabat. Valer. Max. lib. V, 9, 2; quo loco Car. Benedictus Hase: *Non mirum, filium perditis moribus fuisse, quum pater summa esset mollitie.*

39 Puto, illum non facturum, quod dixit; quod ex seq. dubitatione *sin fuerit meus comes*, patet. *Nolo quidem*, aliquid de illo dicere, aut facere, Corradus; comitem eum habere, Graevius subaudit; sed sequentia neutri interpretationi conveniunt; quid si intelligas: me ei comitem negare? In seq. membro non desunt libri qui legant *si fuerit.*

40 Ne Hortensius pater suspicari possit, me filio, quem iure odit, nimium tribuere. *Schoenb.*

41 Q. Pilius Celer Attici uxoris consanguineus Servilium de repetundis accusaverat; ep. CCXXIII, 2. *Mongalt.*

42 Si nihil sit, inquit, quod scribas, volo tamen mihi nunties vel (h. e. saltem) per tuum tabellarium nihil fieri. *Bosius.* Ante Bosium *si nihil fuerit vel p. t. t.* Mox *Piliae et filiae*; vide in ep. CCLVI extr.

CCLXV.

1 Edd. Ro. et Minut. *epistolae a te duae.*

2 Quis sit hic Q. Servilius, qui ab urbe Tarso misit literas, non invenio. Vide tamen ad epp. CCLXXV, 3 et CCLXI, 2. A tribus Ambb. abest *Q.* et in uno scribitur *Quaestor.*

3 Tres Ambb. et Rec. cum ed. Min. *respondeo.*

4 Vid. ep. CCLXI init. Defenderant Appium Hortensius paucis ante mortem diebus, et M. Brutus.

5 Ms. Rec. *antea.*

6 Lamb. *non quod.* Tum infra legerim *sed quia nihil* etc.

7 Lamb. *tibi videbar.*

8 Tui absentis cogitationem curamque suscepi, quemadmodum Balbus apud Cic. ep. CCCXXXIX, A loquitur, et Caesar apud eund. ep. CCCXLVIII, C, et ipse Cic. ep. DCCIV, 3. Eodem modo optimi quique auctores dicunt, teste Cortio, *invadere animo* Sall. Liv. Claud. B. Get. v. 85, Rapt. III, 98; *peragere animo* Virg. Gell.; *percurrere animo* Horat.; *cernere animo* Cic.

9 Vulgo *ipse mihi.* Sed ut postea sensus est *mihi quoque ipsi tribui puto;* sic hoc loco *mihi ipsi* sensus postulat. In utroque scilicet opponitur τῷ *non tibi soli.* Schoenb. Ambr. 14 *mihi ipse.*

10 Vulgo *quia mihi ipse assentor;* sed *quia* iam sustulit Ernestius, quod hic nulla causa sit, quae requirat *quia.* Benedictus ex quinque Dresdd. recepit *assentior;* quod tamen verbum huic loco quadrare recte negat Schütz.

11 Hic videntur quaedam verba intercidisse; hoc fere sensu: *Quamquam multo magis eorum temeritatem miror, quod de ambitu, quam, quod de maiestate accusarunt.* Schütz. *De ambitu vero quid interest,* scilicet quid interest de ambitu absolutus sim, an de maiestatis crimine? Vtrumque enim crimen mihi falso illatum est; quod Lambinus vidit. Schützius *numquid interest,* quod hanc correctionem responsio Ciceronis *ad rem nihil* postulet. Mihi videtur et τὸ *quid* eodem sensu accipi posse.

12 Lamb. *ad te nihil.*

13 Lego cum Schützio *sic involuta, ut in quemvis i. d. liceat,* et explico cum Lambino: Maiestatis crimen ita obscurum

est, ut cuivis liceat in alterum declamare impune, idest, ut cuivis liceat, alterum, quasi declamandi et exercendi ingenii causa, accusare sine poenae metu. Vulgo *verumtamen est maiestas* (*ut Sulla voluit*, alii *et sic Sulla voluit*), *ne in quemvis impune declamare*, alii *declamari*, *liceret;* Schütz *verumtamen ea est maiestatis vis*, *et sic involuta*, *ut in q. i. declamare liceat.* Primum multi mss. non habent *ut Sulla,* pro quo vel *sic ulla,* vel *si ulla,* Ambb. 6 et 14 *si est ulla*, et 15 *et si voluit* habent; deinde *ut in quemvis* erat iam in edd. Ro. Minut. et Lamb.; denique *liceat* necessario est rescribendum, ut respondeat superiori τῷ *est.* Correctionem Schützii tempus, ni fallor, confirmabit, saltem quatenus a libris non multum recedit, et exhibet vocem *involutam,* quae seqq. *ita apertam vim habet* recte opponatur, ut iam Lambinus odoratus erat. Amb. 15 *ut cuivis impune* etc. De difficultate definiendi *maiestatis* crimen vide de Inv. II, 18.

14 Supra bene *vim* exponit Manutius *naturam*, teste Cortio; *improbe* opponitur superiori *impune,* et significat: quum natura criminis de ambitu sit aperta, necesse est, ut qui accusat, non impune accuset, si calumniatus sit; et qui defendit, non impune ad defendendum reum accesserit, si causa cadat. Vterque enim improbus, h. e. iniquus habebitur. Hoc totum, inquit Manutius, pro Appio contra Dolabellam, generum suum, tempori serviens Cicero collegit: quod factum excusat in epist. CCLXXIII, 2 ad Caelium his verbis: *Quid si meam legas, quam ego tum ex tuis literis misi ad Appium? Quid agas? sic vivitur.*

15 Sic Martyni-Laguna. Vulgo *facta*, *aut non facta.* Benedictus cum Bengelio *facta et non facta;* Rob. Stephanus *facta nec ne facta.* Schütz.

16 Patefacta atque exagitata accusatoris tui levitate ac stultitia.

17 Ab omnibus magistratibus et bonis. *I. F. Gronov.*

18 Ambb. quatuor: *quod in tanta penuria.*

19 Quorum alter socer, alter Appii gener erat; epistola CXCIV, 2.

20 Sic fere Pompeium laudavit ep. CCXLIV, 3: *Quem omnibus, qui umquam fuerunt, — antepono.*

21 Vere; nam probitate, doctrina, animi magnitudine, studio in rem publ. neminem cum M. Bruto conferendum fuisse, quis negabit? *Manut.*

22 *Mercenariis*, qui mercede conducti in Appium testimonium dixerant; *notandis*, infamia vel per senatus consultum, vel per decretum a suis civitatibus; ad Liv. XXV, 3 et XXVII, 25.

23 Schützius *venio*, *qua*. Mox *formam*, quam sc. infra dixit *rei publ. statum.*

24 *Prudentia*, h. e. scientia, quam in literis de forma rei publ. ostendisti.

25 Excidisse *quam sperabam* coniecit Lambinus.

26 Sic iam Schützius; cum quo faciunt Zel. A et ed. Min. Vulgo *applicaverunt.*

27 De quibus ep. CCXLIX, 3.

28 Dum triumphum exspectaret; epist. CCXXII init. et CCXLII init.

29 Cum Cicerone quidem erant M. Tullius scriba, et L. Tullius legatus; sed hic unus ex amicis Appii esse videtur. *Corrad.* Fortasse idem legatus Ciceronis ad Appium missus ad Ciceronem cum mandatis Appii recurrebat.

30 Schützius *praeter meos* etc. Amb. 6 *praeter omnes meos, qui sunt tui.*

31 Epp. CCXXII et CCLXI. Mox Schützius cum Mart.-Lag. *leniter;* utrumque ex mstis.

32 Amb. 15 *si.*

33 Qui, quum in Homeri versus aliquos incideret, quos non probaret, illico eos νοθείᾳ laborare affirmabat, et obelo notabat, ut tamquam non homerici inducerentur.

34 Corradus et Manutius de Appio Claudio Caeco intelligunt, qui solus fere toto quinquennio censor fuit A. V. C. CDXLI seqq. Sed ultimus Ciceronis hic ἀνιστορησίαν notat, quod proavum dixerit illum, qui ita ab Appio Claudio Pulchro tempore distabat, ut tritavus dici debuisset. Ed. Ro. *tuo Appio Caeco.*

CCLXVI.

1 Significat coniurationem Catilinariam a Cicerone consule oppressam.

2 Graevius post Victorium pariter ex mss. legit *administrare*, defenditque pervenuste esse dictum absolute; subintellecto *rem*, aut id, quod administratur: sic Caesar B. Civ. III, 26, et B. Gall. IV, 23 et 31, et Sall. Iugurth. 92 extr.; eademque ratione *et curare* saepe simpliciter usurpari, ut Sall. Catil. 59: *C. Manlium in dextera, Faesulanum quemdam in sinistra parte curare iubet.* Quae omnia hic facere non possunt.

3 Vide ad epp. CCXIX et CCXXXVIII, 1.

4 Artificium maximum huic epistolae inest. Cato enim, qui supplicationem a Cicerone postulatam (ep. CCXXXVIII, 2) decernere noluit, non solum non se excusat, sed decretam a senatu supplicationem dicit se gaudere, seque de Cicerone honorificentius sensisse, quam qui supplicationem decrevissent.

5 Amb. 11 et Rec. *sed sententia.*

6 Si tu mavis, ea, quae pro re publ. fecisti, non rationi et continentiae tuae, sed Diis immortalibus tribui: supplicationem decretam gaudeo. *Manutius.* Ex hoc loco col-

ligi posse videtur, supplicationem pro rebus prospere quidem, sed fortuito, atque ideo Deorum immortalium beneficio gestis decerni, non pro iis, quae virtute propria partae sunt. Nam hic Cato significat, Ciceroni supplicationem stricto iure decerni non oportuisse, quod ille nihil fortuito, nihil Deorum beneficio gessit; sed ratione et continentia propria. Porro patet veteres Romanos in ea fuisse opinione, ut omnia Diis referrent accepta, praeter virtutem. Cic. de nat. Deor. III, 36: *Hoc quidem omnes mortales sic habent, — omnem commoditatem prosperitatemque vitae a Diis se habere; virtutem nemo umquam acceptam Deo retulit. Nimirum recte. Propter virtutem enim iure laudamur, et in virtute recte gloriamur: quod non contingeret, si id donum a Deo, non a nobis haberemus. At vero aut honoribus aucti, aut re familiari, aut si aliud quidpiam nacti sumus fortuiti boni, aut depulimus mali, quum Diis gratias agimus, tum nihil nostrae laudi assumtum arbitramur.* Nonnulli mss. cum edd. pr. *tibi referri acceptum.*

7 Quod si putas, supplicationem esse praerogativam triumphi, hoc est, post supplicationem necessario consequi debere triumphum etc. Tanta erat auctoritas tribus aut centuriae illius *praerogativae,* hoc est, quae prima in comitiis rogabatur, ut eam ceterae tribus vel centuriae in suffragio ferendo sequerentur. Hinc factum, ut vox ipsa *praerogativa* acciperetur pro signo, pro indicio, brevibus pro pignore, et quasi arrhabone futurae rei optatae. Amb. 15 *putas supplicationem assequi;* melius Lambinus *putas esse supplicationem.* Mox *casum potius,* fortuitum eventum, ut explanat Manutius, beneficium Deorum immortalium potius, quam aequitatem et continentiam tuam. Atqui Cicero potius ex virtute propria rem prospere gessisse cen-

seri volebat. Infra idem Lambinus cum Man. *laudari vis;* sed ex Terent. Adelph. II, 2, 14:

> Ego numquam adeo astutus fui,
> Quin, quicquid possem, mallem auferre potius in praesentia

tuetur vulgatum Graevius.

8 Neque ex eo, quod res tuas in provincia gestas Diis tribui tu malis, quam tibi, consequitur, supplicationem et triumphum tibi deberi; sed alterutrum sufficere potest.

9 Multi mss. cum edd. pr. Man. et Lamb. *sum;* quod non sperno.

10 Recte omnes libri *instituto itinere,* h. e. ut facere coepisti, secundum rationem agendi, quam adhuc secutus es. Sic apud Terent. Heauton. I, 1, 49:

> Coepi non humanitus,
> Neque ut animum decuit aegrotum adolescentuli,
> Tractare, sed vi et via pervolgata patrum,

h. e. modo agendi, quem tenent vulgo patres. Auson.

> Quod vitae sectabor iter, si plena tumultu
> Omnia.

Graevius. *Perge tenere istam viam, quam instituisti,* dixit aliis verbis idem Cic. de Pet. Cons. c. 15. Mox Amb. 15 *securitatem.*

CCLXVII.

1 Edd. Ro. et Minut. *M. Caelius, M. T. Ciceroni imp.* Quamquam sine praenomine, et titulo honoris familiaritatem Caelii cum Cicerone apte indicat vulgatum.

2 Quas epp. CCXXXVIII, 2 et CCXLIX, 4 postulavit Cicero.

3 Ms. Gorl. apud Ernestium, et quatuor nostri *quod.* Mox *comitiales*, sc. dies, quibus agere cum populo licebat. *Eripiebantur*, auspiciis, vel obnuntiationibus. Dum enim servabatur de caelo, vel quando aliquis magistratus dira obnuntiabat, haberi comitia, ac proinde agi cum populo non licebat. Quo facto Curio, qui hoc anno tribunus plebis erat, cum populo agere pro Caesare nequibat, servantibus de caelo consulibus.

4 Negabat vel ut par pari referret, vel quia, quum supplicationum diebus a negotiis abstinerent omnino Romani, Curio diutius nequivisset cum populo agere.

5 Paullus consul quotidie de caelo servando adimebat Curioni quicquid boni tribuno plebis evenire poterat, hoc est, facultatem cum populo agendi. Si autem et Curio supplicationes decerni passus esset, facultatem illam visus esset amisisse non furore Paulli, sed culpa sua, hoc est facilitate et mollitie in cedendo. Sic Palat. 1, Dresd. 2 et Amb. 2 cum Lambino et Schützio. Vulgo *ne quod furore Paulli adeptus esset boni;* edd. vett. *ne si quid* etc. in quo *adeptus* nec quid significet, commode explicari potest, nec ita bene opponitur sequentibus τοῖς *sua culpa amisisse.* Lambinus etiam corrigebat *ne quod favore Paulli adeptus esset* etc. Tum *id sua culpa* etc. habet Amb. 15, nisi quod *id* praeposuit τῷ *boni.* Vulgatum etsi in aliquibus mss. reperitur, tamen nullum aptum sensum facit.

6 Praevaricatorem se Curio existimatum iri dicit causae publicae, si nihil contra Caesarem cum populo egisset; at verbis fucum faciebat: ad Caesarem enim iam animo transierat; ep. CCXLII, 3.

7 Nos amici tui scil. cum Curione.

8 Mss. Pal. 1, Peck. Amst. et Ambb. duo *et confirmavit consules his — non usuros*; Amb. 3 *non esse usuros.*

Sensus est: se supplicationes Ciceronis in eum annum non indicturos, etiamsi decretae a senatu essent. Itaque et Ciceroni et Curioni prospectum sic erat, ut bene monuit Rutilius, quum alter petitas supplicationes obtinuisset, et alter per eum annum non impediretur ab agendo cum populo. Itaque maiores gratiae Paullo erant agendae, quia ille in his supplicationibus Ciceroni decretis spem habebat, etiamsi eas ad alterum annum differret, quam Marcello, qui se non sperare futuras istas supplicationes dixerat.

9 Respondit iis scilicet, qui ad pactionem descenderant. *Graevius.* Sic corrigebat idem, et rescribunt post Ernestium omnes. Vulgo olim *respondit ei spem*, Lamb. *respondit ei se spem.*

10 Nostrorum plurimi cum Rec. *non dicturum*, pro *indicturum.* Tertiusdec. et Rec. omittunt *non.*

11 Vt diem dicendo consumeret, ne SC. fieri posset. *Manut.* Tum *prendimus*, rogavimus; vid. ad ep. CCLXXIX, not. 8. Amb. 13 et 15 cum edd. pr. *prehendimus.*

12 Multi libri, et quidem optimae notae, *de hostiis ageretur — si ut numeraretur*, quod Victorius recepit, etsi morem hunc *numerandi hostias* penitus cognitum non haberet. Etiam in ep. CLI, 1 ad Quintum Fratrem libri meliores habent *interim ipse decimo die, quo ipsum oportebat hostiarum numerum et militum renunciare*, non *hostium numerum.* Tum *numerarentur* primus Lambinus, quod sciam, habet; subaudi *hostes interfecti.* Qui supplicationes postulabant, certum occisorum numerum proferre debebant. At Cicero id solum scripsit (epist. CCXXXVIII, 1), se magnum hostium numerum interfecisse. I. F. Gronovius explanat *ut numerarentur* de senatoribus, quemadmodum diximus ad ep. CLXXXVII, 2.

13 Msti codd. quoquot sunt et Ambb. et alii *qui et locu-*

tus, ed. Ro. *qui etiam l.*, Lamb. *qui de te tam honorifice l.*, Graev. e suo ms. *qui de te l.*, Ern. *q. et de te l.*, Schütz *qui etsi de te l.* Infra vulgo olim *decreverat.* De re vide epp. sup. et CCLXXVIII.

14 Ernestium et Graevium secuti sumus. Codd. msti *tantum v. o.*, vel ex compendio *tm*, quod pro *saltem* dictum aliqui accipiunt. Quae sequuntur non satis intelligo, nisi si hic sit sensus: pro sententia sua tuenda non pugnarunt. Edd. Iens. et Minut. sic distinguunt *ostenderunt pro sententia: quum i. p. non pugnarunt.*

15 Ab intercessione abstinuit, et tibi decerni supplicationes passus est.

16 Ad suffragia Ciceroni captanda. Amb. 15 cum ed. Ro. *circuierunt.*

17 Cornelii Balbi Iulio Caesari familiarissimi. Ab Amb. 13 abest *Cornelii*, quod non sperno; est enim collocatio cognominis *Balbi* ante nomen *Cornelii* modus non ita frequens.

18 Quasi fictus esset reditus in gratiam cum Caesare. *Graevius.*

19 Scipiones et Domitii decreverant quidem supplicationes, contra tamen animi sententiam: quippe rem confici nolebant, et non Ciceronis causa decreverant, sed ut fraudem facerent Curioni. Id viderunt iam Graevius et Rutilius. Nostri habent vel *deerant*, vel *deserant quidem qui inique*; Vrsini liber mstus: *Nec deerant qui id numquam.* Iam *decrerant* dedit ex ingenio Manutius pro *deerant*, et *neque* Victorius pro *inique.* Tum *quidam* pro *quidem* volebat Ernestius.

20 Eliciendam a Curione irato. Vide notas nostras ad Senec. ep. XLVII. *I. F. Gronovius.* Amstel. et Manut. edd., teste Graevio, *avocandam*, quod ipse primo admisit, sed in addendis retractavit. Mox *interpellantibus*, scil. solicitantibus.

21 Scilicet de successione provinciarum; ut ep. CCXXIII, 3 et 4. Mox in omnibus fere libris reperitur *adhuc est*, unde duo Gronovii legebant *coniecta, de provinciis, inquam, adhuc est. Incubuisse* etc.

22 Ante Victorium passim *ad* vel *ante Idus Nov.*, sic et Lambinus.

23 Optimates. *Graevius.*

24 Tres nostri cum libro Vrsini *summa;* sed *scena* defendit Graevius, h. e. totius rei ratio.

25 Ambb. 7, 13, Rec. et edd. pr. *designatum;* varietati locum fecit compendium scripturae *design.* in aliquot mss.

26 In quo Pompeius iterum consul operam dederat auctorque fuerat, ut Trebonius tribunus pl. de Galliarum imperio Caesari in alterum quinquennium prorogando legem ferret: quod beneficium nunc idem Pompeius conabatur eripere, quum eum ante Idus Nov. vellet decedere. *Manutius.*

27 Non ab amicis, ut Manutius, sed ab ipso Curione intercessuro quicquid in Caesarem statuent. *I. F. Gronovius.*

28 Nullum optimates decretum de successione provinciarum a senatu elicient, et Caesar in provincia manebit. Multi Ambb. Rec. et edd. Iens. et Min. *intercessorem si q. v. reformidarint.*

29 Nempe in senatu de provinciis. *In commentario est*, in actis scripta est. Amb. 15 *in. c. esse rerum urbanarum scias.*

30 Rescripsit Schützius, auctore Weiskio, sed ita, ut cum antecedentibus coniungeret: *et ineptiarum ceterarum plura habet futilia*; ms. Peck. *Italia*, unde Guilielmus corrigebat *talia*; Graevius *i. c. plura habet et utilia*, quod Ernestio non probavit; Lallem. et Olivetus *i. c. plura habet inutilia.*

31 Pal. 1 apud Gebhard. Zel. B *in hac parte me errare*; Amb. 12 *in hanc partem me e.* Tum omnes Ambb. Zel. B et edd. pr. *desideres*, et infra eaedem *quod opus sit.*

32 Ep. CCII, 2.

33 *Quomodo, quando, quoniam*, et *quum suspicaris* habent libri nostri. *Eos*, a quibus exigenda pecunia est.

CCLXVIII.

1 Lamb. *veni.*

2 Scilicet futurum; quod tamen non fuit. Nam et Parthi ab Antiochia a Cassio reiecti (epp. CCXXVIII, 1 a med. et CCXXXVIII, 1 a med.) tota Syria excesserunt, neque ab eo tempore eam invaserunt; et Bibulus mox in provinciam venturus ipsos contra se se invicem concitavit, atque hoc modo bellum Romanorum contra Parthos a M. Crasso susceptum quarto postquam inceperat anno desiit (Dio XL, 30). Hinc quod ep. seq. 2 dicitur *quum arderet Syria bello*, intellige hyperbolice dictum, more Tulliano, de bello, quod Parthi minati sint, vel ad summum de aliqua eorum in Syriam excursione. Re enim vera scribit in epist. CCLXXVI, 4 *dum impendere Parthi videbantur: — qui postea, quam incredibili felicitate discesserunt.*

3 Administrationis provincialis; sic ep. CCLXIII, 1: *Ego iam annuum munus confecero;* et ep. seq. 2. Tum *relinquendus erat — qui praeesset*, vide ad epp. CXLVIII, 12 et CCLXIV, 1.

4 Caldo; ep. CCLXII.

5 Ep. CCLXIV, 1.

6 Edd. Aldi et Hervagii *sexcenta praeterea alia.*

7 Curabis; ad ep. CLXXXIV, 3, not. 18.

8 Dolabellae collocanda; epp. CCIX, 4 et CCLXXVI.

9 Scilicet de supplicationibus; ep. sup., 1, CCLXVI et alibi.

10 Quas publice, hoc est, ad senatum etc. misi.

11 *Vxoris meae libertus* (*nosti quem dico*) etc., sermo est de Philotimo.

12 Edd. Ro. et Herv. διεφθαρκέναι, h. e. *turbasse.*

13 *Crotoniatae tyrannicidae*, scilicet Milonis, qui Clodium interfecit. Illum Crotoniatem appellat, quod athletae illius Crotoniatae, corporis viribus et pugilatu nobilis, nomen prae se ferebat; *tyrannicidam* vero, quod Clodium seditiosum civem occiderat.

14 Corradus legebat ἕν, *unum*, quod sequenti τὰ λοιπὰ magis convenit; Valckenarius vero: δέδοικα δὴ, μή τοι νοήσῃς 'Οιδίπου, versiculumque putabat esse e Sophoclis Oedipode.

15 De rationibus a Philotimo turbatis. Hoc dicit, ut Mongaltius animadvertit, quod se in bonis Milonis socium fuisse Philotimo ab omnibus sciri nolebat.

CCLXIX.

1 Quamvis minus abesses, quum esses in Graecia; ep. sup., 2. *Corrad.*

2 Ante Ernestium *aliquantum tamen viae*; qui *tamen* delevit libente Graevio; abest et ab ed. Ro.

3 Aldus et Herv. τῆς ἀλόχου; Lambinus ὁ τῆς ξυναόρου. Mox οὑξελεύθερος esse e cod. Ball. testatur Graevius; sicut οὑμός pro ὁ ἐμός. Ante Gruterum libri ὁ ἐξελεύθερος, Herv. ὁ ἀπελεύθερος. Nimirum Philotimus.

4 Bene, opinor, Lambinus ἐν τοῖς ξυλλόγοις. Ξυναόρου — ξυλλόγοις, Att. et Ionice pro συναόρου, συλλόγοις. Infra Ald. Hervagius διεφθαρκέναι, Lamb. ἐφθαρκέναι.

5 *In bonis Crotoniatae*, scilicet Milonis; ep. sup.

6 Lambinus *at.*

7 Lamb. ex optimo cod. ms. vult legi παρέδωκεν ἡμῶν γαμετῇ κα μν ὀφειλημάτων τῷ Καμίλλῳ; edidit tamen π. ἡμῶν γαμετῇ ὀφειλήματα ὁ Κάμιλλος, αὐτόν τε ὀ. μ. Vulgatum locum ex Decurt. castigavit Bosius hoc sensu: « *Ex urbis* « *septicollis* (idest Romae) *moenibus Philotimus edidit ra-* « *tiones minarum XXIV et XLVIII aeris alieni* (ab « uxore scilicet contracti) *Camillo, seque debitorem mi-* « *narum* etc. »

8 Ed. Lamb. καὶ κληρονομήσας κμ. η μ.

9 « *Libertum autem eius, qui nomine eodem, quo Cononis* « *pater, appellabatur* »; nimirum Timotheus.

10 *Sic fatus:* Cedo; turpe est diu manere. *Iliad. II,* 298. Lambinus ἐπειπών· αἰσχρὸν — μένειν κενέον τε νέεσθαι; sic et M. Brutus. Haec ad rei quidem intelligentiam necessaria sunt, et intellexerat procul dubio Atticus, antiquitatis peritissimus; sed non necessario recipienda, quum Cicero graecos versus, praecipue notos, primis dumtaxat verbis soleat infinitis in locis enunciare.

11 Vetus proverbium Graecorum est apud Platonem *in Gorgia*: τὰ μὴν διδόμενα ἀναγκὴ χ δέεσθαι: *quae dantur necesse est accipere.* Eo Philotimus obiurgabat Ciceronem querentem de turbatis rationibus; illum oportere accipere rationes, quas edebat, et aequo animo ferre pecuniae diminutionem. In eandem sententiam utitur epistola DCCXXVIII. *Popma.*

12 Sic bene correxit Graevius, teste Ernestio. Vulgo *perspiciamus*, Lambinus *perspice. Nos etsi annuum* etc.

13 Vide ep. sup. not. 2. Mox *Bibulus in moerore suo*, amiserat enim nuper duos egregiae indolis (ut ait Valerius Max. IV, 1, 15) filios, a Gabinianis militibus in Ægypto occisos; Caes. B. Civ. III, 110.

14 Non rogabat, ut subsidio venirem; ep. CCLXXI, 2. *Manut.* Mox legendum videtur *aliis rebus.*

15 Edd. Hervagii et Lamb. *nisi Caelius;* ep. sup. not. 4 et CCLXXVI, 4.

16 Sic acutissime Malaspina coniecit; quod nonnulli e libris Lambini, legentes *articulae*, et Tornaesianus *atticulate*, confirmant. Olim *articulate*.

CCLXX.

1 Vict. *Cicero Quintus filius pie*, et Aldus *Q. filius suapte pie* etc.

2 Proclivem in reconciliationem. *Sorori tuae*, Quinto fratri nuptae.

3 Duabus epistolis superr.

4 Edd. Ro. et Aldi *ἐν αἰνίγμασι.*

5 Int. non iure et severe agendum est ad exigendam pecuniam. *Ernest.* Sic in seq. membro *percunctando — hortando*, ipsum Philotimum de nominibus, hoc est de pecunia debita a Milone.

6 Sic Ernestius coniiciebat, et edidit Schütz. Lib. Cavalc. Ferri et Bessar. apud Manut. cum ed. Ro. *aliquid aut proficies*; Lamb. *aliquantum proficies*; vulgo *aliquid ita tu proficies.*

7 Confectarum rationum tabulas. Reliquit autem Laodiceae et Apameae; ep. CCCII, 2. Edd. Iens. Aldi, Herv. *modo ipse venerit, ut confectas rationes* etc. *Lege Iulia,* vide ep. seq. 1.

8 Nimirum venire, ut explanate dicitur ep. seq. not. 4; *puerorum causa*, ut pueros Cicerones, filium et fratris filium, Rhodum deduceret; epp. CCXIV, 3 et seq. init.

9 Venti sic dicti ab ἔτος *annus*, quasi *annui*, sive statis anni temporibus redeuntes. Spirant autem, inquit Phavorinus (apud Apul. *de Mundo*), ex omni parte coeli eo tempore aestatis, quo Canis oritur; vel, ut explicat Co-

lumella (l. II, c. 2), a Kal. Augusti ad III Kal. Sept. Plinius H. N. XVIII, 34 Aquilonem ait molliri sidere aestate media, et mutato nomine *Etesias* vocari; et II, 47: *Post biduum* (h. e. a. d. XIII. Kal. Aug.) *iidem Aquilones constantius perflant his diebus* (canicularibus), *quos Etesias vocant;* et Caesar Bell. Civ. III, 107: *Ipse* (Caesar) — *Etesiis tenebatur, qui Alexandria navigantibus sunt adversissimi venti.* Ergo iidem cum Aquilone sunt, et flant a Septentrione. Tacit. Hist. II, 98: *Mare quoque etesiarum flatu in Orientem navigantibus secundum, inde adversum erat.* Ergo ab Occidente perflant. Caesarem cum Plinio convenire quisque videt; sed et Tacitus cum ipsis faciet, si non strictim ab Oriente flare Etesias dixeris, sed a parte inter Septentrionem et Orientem media. In quo ipsum Ciceronem consentientem habebimus, qui Etesias sibi a Rhodo Athenas, h. e. ab ortu brumali ad occasum solstitialem (a *Sud-Est* ad *Nord-Ovest*), navigaturo dicit valde reflare. Edd. Iens. et Herv. *etsi etesiae v. reflaverint,* quod aliqui correxerunt *nisi e. v. reflaverint.* Mox *sed plane volo,* scil. ad urbem esse. Malaspina hunc locum a mendo non carere putavit. Lamb. *sed festinare plane volo.*

10 Ab iis magistratibus, a quibus supplicationes obtinuerat, sperabat et triumphum, qui plerumque supplicationem consequebatur; ep. CCLXVI et CCLXVII, 1.

11 Manutius edidit: *aegrum Issi reliquissem,* quia in omnibus lib. mss. legitur, corrupte quidem, *aegrum esse,* vel *aegrum Esee reliquissem.* Alii aliud nomen excogitarunt, ut *Nisae* et *Sidae,* et Tunstallus pag. 144 ἀσιτίᾳ. Se Patris aegrum Tironem reliquisse dicit alibi Cicero. Hinc nihil melius, quam sequi ed. Rom., quae tantum habet, quod cum Ernestio, Schützio et Clerico edidimus. In seq. membro edd. Iens. Aldi, Herv. *melius esse ei.*

CCLXXI.

1 Schützius de sententia Manutii et aliorum emendavit *Caninio Sallustiano*, quod et *Sallustius* et *Caninius* gentilia sint nomina, et nemo duo habeat gentilia nomina; sed tum prius immutetur, ut, qui fuerat *Octavius*, dicatur post adoptionem *Octavianus*, *Pomponius-Pomponianus*, ut in ep. LXXV init. Amb. 13 omittit *Sallustio*, et Pal. 1 apud Gebhardum scribit *C. Sallustio. Proquaestori*, nimirum Bibuli in Syria; vitiose libri aliquot nostri *procons.*

2 *Binas literas* ediderunt Martyni-Laguna et Schützius ex coniectura Lambini, idque orationis contextus postulare videtur.

3 H. e. ad diem constitutum, scilicet die constituto. Ut *ad* hic non explanem *circiter*, facit idem Cicero, qui eo die, quo in provinciam venit, eodem se, anno confecto, decedere e provincia velle saepe significat, ut in epp. CCLVI, 4 et CCLXIV, 1.

4 Ms. Rec. cum Lambino *velim*; nimirum cum dubio; et se dubitare Cicero statim innuit *sed tamen* etc.

5 Marius (Gratidius), quem nominat infra. *Manut.*

6 In ea parte Asiae, quae ad Ciceronis provinciam pertinebat. *Manut.*

7 Mos vetus erat, ut quicumque provinciae alicui praefuisset, sive proconsul, sive alio nomine, rationes administratae provinciae conficeret, et confectas ad aerarium referret; id quod proconsul cum quaestore suo faciebat reversus iam e provincia. Vide ep. CCCII, 2. Infra Schütz *te nullas referre*, quemadmodum alios habere adnotavit Vrsinus.

8 Inter leges, quas C. I. Caesar consulatu suo tulerat,

una erat, qua, sublato veteri referendarum rationum ad urbem more, provinciarum administratores iubebantur, rationes in provincia conficere, earumque exemplum in duabus provinciae ipsius civitatibus deponere (ep. sup.). At Bibulus, quum leges omnes Caesaris, tamquam contra auspicia, et se collegam obnunciantem latas (epp. XLV, 5, XLVI, 4 et XLVII, 3), ac proinde irritas putaret, hanc quoque de rationibus referendis servari nolebat; in quo et Caninius proquaestor Bibulum imitari decreverat, contra tamen consilium Ciceronis, qui legem eam servandam censebat.

9 Cum aliqua contumelia, parum gratos. *Manut.*

10 Euphratem in sedes suas.

11 L. Mescinii Rufi. *Corrad.* Intellige rationes a meo quaestore confectas; vide epp. CCCII et CDXCIV. *Verum fuit*, aequum, iustum fuit. Mox *tum* habent plures Ambb. et Rec. cum Martyni-Laguna. Vulgo *nec tamen erant* etc.

12 Pecunia, quae ex praeda vendita redacta erat. *I. F. Gronov.* Praedam autem intelligit, quam de victis Amaniensibus (ep. CCXXVIII, 1) fecit.

13 Haec verba glossam sapiunt. In Amb. 14 aberant, suppleta postea a manu posteriori. Exsulant etiam a Zel. B. Superiora cum seqq. hoc modo, Manutio suadente, sunt coniungenda: praeter quaestores urbanos ne teruncium quidem tacturus est quisquam.

14 Vt, quantum hic pecuniae depono, tantum mihi Romae ex permutatione numeretur. *Manutius.*

15 Ernestius corrigebat *de vecturae periculo*; quod Schützius etiam recepit. Ego *cautum sit, et sine vecturae periculo* seorsim dicta accipio, idest, sine ullo respectu, quasi dixisset, ut mihi cautum sit, et citra vecturae periculum eadem pecunia numeretur Romae.

16 Praeda vocatur id, quod ex hostibus partum nondum neque divisum est, neque urbanis quaestoribus traditum, ut ii mox in aerarium inferrent. Post divisionem praeda non dicitur; ideo praedam Cicero vocat eam pecuniae partem, quae, venditis mancipiis bello captis, exacta, ad populum R. pertinebat: partem autem sibi attributam non iam *praedam*, sed *pecuniam* appellat. — Quod ad praefectos, praedae custodes, attinet, ne lector communi vocabulo decipiatur, dicendum est, quot genera praefectorum in Ciceronis provincia fuerint, et quinam hic significentur. Genera igitur fuere quatuor, unum eorum, qui equestribus turmis praeerant; alterum, qui evocatis; tertium, qui, quibus in civitatibus proconsul assidue commorari non posset, in iis ipsi ius dicerent; quartum genus fuit praefecti fabrûm, vel praefectus potius: nam unum dumtaxat habuisse Cicero videtur. *Manutius.* De primo praefectorum genere hic loquitur Cicero. Nam praefectis fabrûm, aut iuris dicundi, aut ne evocatorum quidem praedae conservandae curam commissam esse, non est ut credatur. Plura vide apud eundem Manutium. Olim *curetur;* correxit Ernestius, et habent libri plurimi vett. excusi et mss.

17 Ms. Rec. et nostrorum omnes, praeter 6 et 14, cum ed. Ro. et Oliv. *tarde*, ut ante Gruterum edebatur.

18 Iidem *petis a me.*

19 Legerim *solitum illum dicere.*

20 Quaestoris enim et praetoris coniunctio liberorum necessitudini proxima fuit; ep. CDXCIV init., et in Divinat. in Q. Caec. 19. Mox *de praetore*, vocatur sic Bibulus, qui proconsul videtur appellandus fuisse; ivit enim post consulatum in Syriam. Sic ep. CCL, 8, not. 41 *quod praetori dare consuessent.* Manutius. Vide quae ibi diximus.

21 Asiae propraetorem; ep. CCLIV, CCLVIII, aliisque. Infra Mart.-Lag. *literam nullam misit.*

22 Abest *belli* a ms. Recal.

23 Bibulo duobus filiis orbato, de quibus Valer. Max. IV, 1, 15, et ad ep. CCLXIX, not. 13. *Manut.*

24 Lamb. *rescriberem.*

25 Tacite Schützius *id sibi soli attribuit*, in quo *id* a seq. suppleri potest.

26 Quam ex ipsius provincia Syria, et ex mea Cilicia collectam, Romam ad quaestores urbanos deferendam simul curavimus. *Manut.*

27 Erant in exercitu duo genera equitum, Legionarii et Auxiliares. *Alarii* dicebantur *auxiliares*, quod iis, tamquam alis, pedites tegerentur. Cincius apud Gellium XVI, 4 extr: *Alae dictae exercitus equitum ordines; quod circum legiones dextra sinistraque, tamquam alae in avium corporibus, locabantur.* Et Servius in illud Virgilii IV, 121:

Dum trepidant alae,

subiunxit haec: *Alae, equites; ob hoc alae dicti, quia tegunt pedites, alarum vice. Transpadanis*, trans Padum lectis, ut contra Parthos mitterentur. *Manutius.*

28 Schützius post Lamb. *uti me negarem.*

29 Populi beneficio id fecisse; hoc est, se non usum alariis Transpadanis fuisse.

30 Ita scriptum est in vetere libro, et ita necessario scribendum ex loco simili in ep. CXCI, 1: *Censebant — omnes fere, ut in Italia supplementum meis et Bibuli legionibus scriberetur.* Vulgo *quum amplius frumenti.* Vrsinus. Recepit Schütz et Clericus post Mongaltium. *Postularemus*, scil. ego et Cicero.

31 Quem Mithridates regno bis expulit, quem Romani bis restituerunt, semel Sylla, iterum Pompeius. *Quarter.*

32 Quum rogantur; ut Bibulus, quem pro se rogari a Cicerone volebat Caninius.

CCLXXII.

1 Lambinus *affinitatem.* Mox *viri*, Dolabellae, Ciceronis generi; ep. CCCLXXII, 1 circa fin.

2 Sic Benedictus e codd. A vestibus desumta translatio, e quibus sordes decutiuntur. Vulgo *decursa.* Alii *detonsa*, et nostri 2, 7 et Rec. *facta.*

3 Ep. seq. 2 ait *prudentia Tulliae. Et*, ante *pudore*, abest a nostris omnibus, praeterquam a quintodec., a Rec. et Zel. A., minus recte, opinor.

4 Amb. 15 *rudis.* Mox *melius sit*, scil. sibi.

5 Sic fere nostri, Rec. et Zel. A; quibus proxime edd. Ro. Iens. Man. et Lamb. cum Amb. 15 *Vides*, *Cicero*, *Curionem*; vulgo ex Victorio *Velles C. Curionem*; sed *velles* minus aptum esse, quam *voles*, et *Caium* praenomen frigere iam vidit Ernestius; tum *vides* repudiatum ab ipso Ern. et Cortio fuit; quorum ille etiam corrigebat *lautiorem*, quod *lautum* ipsi frigeret. Amb. 15 *laturum intercessionem*; inepte. *Voles . . . habuisse*, scilicet, quomodo placet, Curionem habuisse lautum etc. explanat Cortius; etsi quae exempla locutionis in hunc locum confert, ea vel non inveni, vel ad rem non faciunt.

6 Curio intercesserat, ne SC. fieret de successione provinciarum: de ea intercessione consules ad senatum retulerunt, ut decerneretur quid agendum, contemnendane intercessio, an eius habenda ratio, more maiorum. Censuit senatus intercessioni parendum. *Manutius.*

7 Vide in ep. CCXXIII, 3.

8 Vt intercessio tolleretur. *Manut.*

9 Dissensit Marcello; ep. XCIII, 1. De re videndus Plutarchus in Pompeio.

10 Olivetus de sententia Lambini et Manutii *stomacho est Magnus*, nimirum duas medias voces e glossa esse existimans delevit. Multi quidem mss. non agnoscunt *est*, alii τὸ *est* cum *scilicet* commutarunt.

11 Scilicet senatores.

12 Sensus est: plerique probabant, Caesarem consulem esse designandum, aut inter candidatorum numerum recipiendum absentem ante, quam exercitum et provinciam tradiderat. *Graev.* Mox alii, pariter ex libris, *qui neque exercitum neque provinciam traderet.*

13 Schützius expressit fere correctionem Pantagathi *q. rei publ. futurum sit, si non curet*, in qua satis commode explicari potest illud *quum cognoscat*, scil. quum hoc, quod factum est, cognoscat. Mihi tamen arridet, quod legitur in Amb. 15 *laturus sit tum sciam, quum cognoscam quidnam rei publ. facturus sit; si autem non curet;* et *cognoscam* quidem, non *cognoscat* habent libri multi sive scripti sive excusi vet., ut et *futurus*, non *futurum* multi Ambb. aliique, quos Manut. cum editis contulit. Proxime Rec. *Pompeius laturus est iste, cum cognoscam q. rei publ. futurum sit; si autem non curet.* In vulgata lectione illae voces *aut non possit* neque bene intelliguntur, neque obviae sunt in mss; et illae *aut non curet* mancae sunt si superius membrum deleas. Tum seqq. *vos senes divites* quid sibi vellent neque Ernestius assequebatur.

CCLXXIII.

1 Quam Cicero petebat (epp. CCXXXVIII, 2, CCXXXIX et CCXL), et obtinuit (ep. CCLXVII). Supplicationem quinque dierum putat Manutius; nam ordinaria, quae consularibus decernebatur, longior non fuit, ut ipse docet ex Liv. XLV, 3. Mox *et hercle c. res est ex s. mea* recepi ex Schützio, omnibus nostris approbantibus, nisi quod aliqui *hercule* habent. Vulgo *et mehercule, c. res ex s. mea est.*

2 Hirrus Ciceronis competitor in auguratu, et Caelii in tribunatu; ep. CCXI, 1.

3 M. Catoni, qui ornavit quidem res a Cicerone gestas, suffragium tamen pro supplicatione non dedit; epp. CCLXVII, 1 et CCLXVI.

4 Triumphum, qui supplicationem solet sequi. *Corradus.* Supplicatio enim est praerogativa triumphi. *Graevius.* Vide ep. CCLXVI. Rec. *ea sperare q. s.*

5 Vitia quaedam Dolabellae, de quibus scripserat Caelius ep. sup. 1, dum Dolabellam laudaret. Mox Ambb. 6, 14 *Tulliolae meae.*

6 Cui ex tuis epistolis ea, quae Tulliae prudentia temperari posse speras, respondeant; hoc est, congruant, conveniant. Respondent autem epistolae CCXLII, 1 et 2, ubi de levitate Dolabellae est sermo, vel propius superiori, 1.

7 Ep. CCLXI, 1. *Corradus.* Vide etiam ep. CCLXV. *Ex tuis literis*, h. e. secundum tuas literas, vel convenienter tuis literis.

8 Amb. 12 *quid agis.* Mox *sic vivitur*, scilicet ut modo oderimus aliquem, modo amemus; quemadmodum explanat I. F. Gronovius.

9 Hoc est, volo Caesaris dignitatem salvam et inviolatam manere. *Graev.* Hoc dicit Cicero, quia et multi Caesari invidebant, et ipse Caesarem valde diligebat; ep. CXLVIII, 3 et 4. Ms. aliquot minoris notae *Caesari honestissime cupio,* quod Lambinus receptae lectioni praeferebat.

10 In qua tu non multum laboras et contendis, non multum eius rebus et negotiis te immisces, sed quiescis quasi. Ep. CCXXV, 2: *Curionem video dupliciter se iactaturum* etc. et Catil. IV, 5. *Graevius.* Mox Amb. 14 *distractus.*

11 Ep. CCLXII. Mox Ambb. 3 et 12 *puerum, inquis.*

12 Plerique enim de provincia decedentes praeponere quaestorem solebant; ep. CCLVIII. *Manutius.* Mox libri nonnulli, teste Lambino, *ullus*; unde coniiciebat legendum *neque erat superior honore ullus*, quomodo locutus est noster in ep. CCLVIII.

13 Vt praefici pateretur; ep. CCLXIV, 1. Zel. A *Q. Fratri imperari non poterat.*

14 Facto senatus consulto, de quo epp. CCXXVII, 3, CCLVII, 5, CCXVII, 1 et CCLXXVI, 4. *Manut.*

15 Rec. *illud etiam.*

16 Ep. CCXXIII, 3. *Asiae praefuisse*, pro praetore; ep. XXIX, 1 extr.

17 Cn. Pompeii et Caesaris. *Corrad.* Amb. 15 *potentissimorum aliorum.*

18 Q. Cassium Longinum, Pompeii in Hispania quaestorem, intelligit, et M. Antonium, in Hispania Caesaris quaestorem (ep. CCLXXVI, 4), auctore Dione lib. XLV. *Corrad.* Quod autem *Cassios* et *Antonios* numero multitudinis dixit pro *Cassium* et *Antonium*, non novum est, inquit Victorius, apud Ciceronem, ut in ep. ad Paetum CDLXXIII, 1: *Itaque, te quum video, omnes*

mihi Granios, omnes Lucilios, vere ut dicam, Crassos quoque et Laelios videre videor. Mox *complexi sunt*, h. e. omni ratione, qua potuerunt, ornarunt, et illorum gratiam omni benivolentiae genere iniverunt.

19 Hoc reperit notatum Ernestius e vetere cod. in var. lect. Graevii, recepitque primus. Sic supra est *nobilem adolescentem*. Ante illum *hominem adolescentem*.

20 Ep. CCXLIII extr. Mox *in actis*, iocose dictum quisque intelliget.

21 Quoniam haec proxime cum his coniunguntur, quae Caelius de Ocella maecho scripserat, Cicero iocose Caelii amores videtur tangere, qui fortasse M. Atratini uxorem ad adulterium pellexerat. Idem Dammio et Wielando visum ait Schönberg.

22 Ex Rutgersii emendatione recepit post Martyni-Lagunam Schützius et Schönbergerus *de M. Atratino*. Plerique olim *matrimonio*; quod de matrimonio Tulliae et Dolabellae, Caelio auctore, confecto, explanabant, quo nihil ineptius.

23 Venti; ep. CCLXX, not. 9.

CCLXXIV.

1 Vulgo addebatur ante Schütz *design.*, quod hoc loco alienum esse arguunt Ambb. 3, 6 et 14 cum Lamb., qui vocem eam non habent, et verba *exstiteris consul*, quae consulem declarant iam munere suo fungentem.

2 In decernenda mihi supplicatione; ep. CCLXVII, 1. *Corrad.* Supra, libri multi *Q. tibi curae*.

3 Vide epp. CCXV, CCXVI et CCXVII.

4 Sic Lamb. et Schütz; idque suadet Amb. 15, qui legit *tam s. tam l.* Ceteri libri et vulgo *q. s. ac libenter*.

5 Causam affert, cur dixerit *tum libenter.* Non enim omnibus libenter debemus. *Manut.* Eleganter pro *cui debeam*, vel *cui homines debeant.*

6 Vox *ante* abest a nonnullis mss. nostris, et ed. Min. *beneficia paterna iam coniunxerant.*

7 Hoc cum H. Stephano et vulgo praeferunt nonnulli Ambb. Lambinus et de Franciscis. Alii *in ipsas.*

CCLXXV.

1 Ed. Ro. *M. T. C. imp. Appio Pulchro Censori.*

2 Ambb. 3, 13 et edd. Ro. Lamb. *absolutum te esse.* In Parenthesi, Peckii liber *quo vir industrior*, ex quo Gulielmius praeferebat *quo vir inlustrior.*

3 Quoniam talibus viris, qualis es tu, multi solent invidere, proptereaque his in suffragiis, praesertim occultis, adversari. *Cortius.*

4 *Tabellae latebram* vocat ipsam tabellam, qua iudices absolvebant, aut condemnabant reos. Latere enim in ea poterat iudicis alicuius, qui suffragio suo Appium damnare voluisset, malivolentia. Quî enim sciret a quo damnatus esset? Itaque his verbis, ait Schützius, significat, Appium omnibus sententiis absolutum fuisse. Quare latebram dicat, apparet ex Leg. III, 15, ubi suffragium viva voce latum laudat, improbatque tabella datum: *Non latebra danda populo, in qua tabella vitiosum occultaret suffragium.*

5 Ambb. 6, 14, 15, item duo Zell. *oppugnare.*

6 Quasi dicat: o res, o absolutio aliorum temporum propria! Mox Amb. 13 *magis sum admiratus iampridem.*

7 Quia non possum explicare, utrum mallem factas, an infectas cum Dolabella nuptias. *Manut.* Excusat se, quod Dolabellae, Appii accusatori (ep. CCLXI init., et seq. 1), filiam collocaverit.

8 Terentia et Marco Caelio. *Corrad.*

9 Scil. ut Tullia mea eo tempore Dolabellae accusatori tuo collocaretur, quo ego longe Roma aberam, nec, quid a meis ageretur, sciebam. Haec est illa, quam dicit *opportunitas temporis.* Schütz.

10 Zel. B. *patientia.*

11 De nuptiis. *Manut.*

12 Scilicet, hoc me mordet, eum, qui nunc gener meus factus sit, accusatorem tuum fuisse. *Schütz.* Amb. 13 *neque tamen non me m. a.*

13 Ita codd. multi apud Benedictum, et Ambrosiani ad unum omnes, Zel. B. et edd. Ro. Minut. cum Benedicto et Schützio; et sensus est, ut hic explanat: Nam etsi non vereor, ne tu non perspicias illas Dolabellae et Tulliae nuptias me absente et insciente esse factas; tamen hoc mihi occurrit, quod dicere possis: quid tu igitur fecisses, si affuisses? Vulgo *in quo unum vereor.*

14 Multi nostrorum, Rec. et edd. vett. *ab illis.* Mox Amb. 6 *ego ita mandaveram.*

15 Sic loquentem inducit Appium. Cui Cicero respondet: *Rem probassem.* Probasset autem, ne male ominaretur, ut proxime: *neque enim tristius dicere quicquam debeo ea de re, quam tu ipse ominibus optimis prosequeris.*

16 Scilicet ante, quam Dolabellae filiam meam collocassem, si affuissem, te consuluissem; ac si intellexissem te invito nuptias eo ipso tempore fieri, quo ille te accusasset, eas in aliud tempus distulissem. *Schütz.*

17 Amb. 15 *tractasse rem.*

18 Restituerunt hoc Graevius et Ernestius; libri ante illos multi *renuntiata.*

19 Vulgo *et iam;* sed τὸ *et* delent cum Schützio nostri 6 et 13; quorum hic et septimus utrumque.

20 Ep. CCV, 2.

21 Scilicet affinitate illa cum Dolabella, Appii (quem maxime observabat Servilius) accusatore. *Maiora*, sc. officia in Appium. *Schützius.*

22 Sic placet cum recentioribus legere, quia sic est in msto apud Ernestium, et in ed. Lamb., et bene respondet superioribus *vetus nostra simultas*. Vulgo *novam.*

CCLXXVI.

1 Dolabellae; vid. epistolas super. 2, CCLXXIII, 2 et CCLXXII, 1.

2 Recte id augurabatur Atticus. Nam Dolabella cum multis laudibus multa vitia coniungebat, et ad extremum uxori nuntium remisit. Recole epp. memoratas, et CCXLII, 2.

3 De Tulliae coniugio. Et Nero hic est, opinor, de quo ep. CCXXXV, qui Tiberii imperatoris pater fuit. *Manut.*

4 Metaphorice scilicet, indagare vitia Dolabellae. Vide Ind. Graec.

5 *Frumentum in populum* distribuisti? Mox *placet hoc tibi?* hoc est, probas tu huiusmodi largitiones, quae Spurio Maelio exitio fuerunt, quum per eas tyrannidem affectare visus est? Atticum frumento donasse Athenienses affirmat et Cor. Nepos in Att. 2; sed illud temporibus Sullanis factum fuit, hoc autem tempore iterum fecisse Atticum credit Corradus.

6 De re publ.

7 Nam Athenienses potius, quam cives, dicendi erant hospites Attici; liberalitas vero in hospites ad tyrannidem spectare non potest.

8 *Vestibulo*, scilicet aedificando. Vid. ep. CCLII, 23. Edd. Aldi et Lamb. προπυλαίῳ; video utrumque dici; attamen inflexio latina, gallica et nostra, et locus epistolae cit. hoc potius, quam illud, praedicant.

9 Amb. 16 et edd. Iens. Aldi et Herv. *quoniam Appius — cogitat.*

10 De interitu Q. Hortensii oratoris; ep. CCLXXII, 3. Vid. Prooemium Bruti, sive de clar. Orat. *Manut.*

11 *Decreveram* est in omnibus fere libris vett.

12 Ep. CCLXXIII, 4.

13 Libri aliquot *puero tradere,* quod corrigendum est cum cod. Tornaes. *puero traderem*, scilicet deminutum, pro integro *tradere me*, ut ex scidis suis Bosius. Edd. Aldi et Herv. *puerone traderem?* Sequens *illud* ineptum, si ad fratrem Quintum referendum est, iudicavit Ernestius; delevit Schütz.

14 Honoris enim gradu superiores erant legatis quaestores; epp. CCLVIII, CDXXXVII.

15 Alii libri *relinquit?*

16 At frater triennium Asiae praefuit; ep. CCLXXIII, 4.

17 Idest, hae rationes pertinent ad rem publ., et iudicium populi de successore a me relicto. *Ernest.*

18 Committeret frater meus in Cilicia administranda; ut saepe peccavit in Asiae administratione; quod in epp. XXIX, 8-11 et LII, 4 apparet. Sequentia aliis verbis hoc sonant: *Ita fert hominum vita et fragilitas, ut accidere haec et similia possint.* Sic emendavit Manutius vulgatum olim corruptum *quae fortuita hominum;* ediditque iam Lambinus, et edunt nunc omnes.

19 Si quid fratris mei filius, qui adhuc puer est, committeret incaute?

20 Nolebat dimittere. *Id*, nimirum dimittendum esse puerum.

21 Muret. (Var. Lect. XV, 8) *non dico equidem quicquid egerit* etc.; Vrsinus ex mss. *sed tamen quod egerit multo minus laboro;* Schützius *non dico equidem, quid acturus sit; sed tamen quidquid egerit multo minus laboro.* Si

legas cum ed. Iens *egerim*, sensus erit: *at nunc Caelius* praepositus provinciae a me est: *non dico equidem quid egerim*, quum puerum reliquerim; *sed tamen multo minus laboro*, quam si fratrem reliquissem; cf. epist. CCLXXIII, 4.

22 Vide ad ep. CCLXXIII, 4. Moris erat, ut proconsules sibi quaestores sortirentur; quod iam ex ep. CCLXII init. et infra *ego sorte datum offenderem* patet.

23 Vt Caelius, ob id iratus, quod eum provinciae non praefecissem, in eius administrationem acerbius investigaret. Haec Malaspinae interpretatio magis arridet, quam Manutii lectio et explanatio *inquirerem in eum.*

24 Hoc est, quas non tu, sed tuus, dictante te, scripserit librarius. Paullo acerbius in amicum, qui alias, etiam febri laborans (ep. CCLXXXII, 1), manu sua scribebat.

25 Statum dignitatemque post exsilium recuperatam. Sic ep. LXXV, 1 *Diem natalem reditus agere*, et Ioseph. Antiq. XI, 3, 9 παλιγγενεσία τῆς πατρίδος.

CCLXXVII.

1 Ed. Ro. *M. T. C. imperator Appio Pulchro Censori.*

2 Quum scil. inserviebam honori tuo, hoc est, laborabam, ut tibi supplicationes decernerentur, ut Manutius exponit.

3 Ad obtinendas supplicationes. *Corrad.*

4 Graevius coniiciebat legendum *auctoritate, oratione.*

5 Sic optime Graevius e msto, quod Lambinus etiam malebat; olim *onus officii.* De onere, inquit Ernestius, non apte dicitur *reliquum facere*, nec *onus officii* recte dicitur, praesertim in laudando. *Munus officii* reperitur etiam in ep. CDLXXV, et de Senectute 9 et 11. Tamen *onus* revocavit Benedictus.

6 Huiusmodi tua erga me studia. *Illa ipsa*, supplicationes. Mox edd. Minut. et Lamb. *elaborantur.*

7 Honores, triumphus et supplicationes.

8 Hoc nimirum de se ipso praedicat.

9 Alii fructum sibi proponunt amicitiae, honores, commoda, aliquid omnino: ego praeter amicitiam nihil specto. Simile illud in Lael. 9: *Amicitiam, non spe mercedis adducti, sed quod eius omnis fructus in ipso amore inest, expetendam putamus.* Manutius.

10 Potissimum auguralibus. Mox ed. Ro. *uterque nostrum deditus est.*

11 Vulgo *cum iis artibus*, sed *cum* ab hoc loco alienum primus sustulit Ernestius. Coniunctum enim cum Appio se Cicero profitetur, non cum artibus studiisque.

12 Sic edi volebant Vrsinus et Ernestius; et sic habent cum Schützio et Clerico Ambb. 13, 14, 15. Vulgo olim *velim.*

13 Expressi lectionem nostri 14, Zel. B, Rec. et edd. omnium pr., quam Schützius satis concinnam, etsi minus Clerico, mihi certe probavit. Tum idem Schützius ex coniectura *meos omnes facere posses*, quod ex omni Ciceronis familia nemo esset, quem Appius odisset, praeter unum Dolabellam. Vulgo *quanti ego omnes tuos facio, uti tu meos facere posses.*

14 Pertinet. Habet rationem Appii dignitatis, quia aequitas postulat, ut is potius, qui iniuriam intulit, hoc est, Dolabella, quam qui accepit, de reconciliatione laboret. Vidit Manutius. *Nostrum est onus*, Dolabellam tecum reconciliandi. *Nostrum*, inquit, quia generum nactus est accusatorem eius.

15 In nova affinitate cum Dolabella; ep. CCLXXV, 3. Minus recte Amb. 2 *navata.*

16 Libri aliquot *iam te esse.*

17 Erga; sic ep. CDXLIV *blandum adversus aliquem*, et Nat. D. I, 41 *iustitia adversum Deos.*

18 Nam severitatem censoriam Cicero *magistram pudoris et modestiae* vocat in Pison. c. 4. *Cortius.*

CCLXXVIII.

1 Tragoedia Naevii poëtae comici, de quo in Orat. c. 45, Tusc. IV, 31 et ep. CVIII, 3.

2 Edd. pr. cum Man. et Lambino *abs te, pater, laudato viro;* sed praepositionis *a* repetitio habet nescio quid plus intentionis quasi dixerit: *abs te, a laudato nimirum viro.* Praepositionem iterant etiam loci supra cit. Tusc. et ep. CVIII.

3 Quae amplissima dixit de Cicerone in epp. CCLXVI et CCLXVII, 1.

4 Si, inquit, omnes essent Catones in civitate nostra, plus me putarem assequutum esse post, quam a te laudatus sum, quam si mihi triumphus decretus fuisset. Sed quid dico omnes? Si multi essent Catones (minus autem est multi, quam omnes), eiusdem sententiae essem, ut currum lauream que prae tua laudatione contemnerem. Quum autem ne dum omnes, aut multi sint Catones, sed vix unus fuerit, oportet etiam me reliquorum rationem habere, qui non recte incorrupteque res iudicant. *Victor.* Pro *si, non dicam omnes, sed tantummodo multi Catones essent.* Male igitur multi libri mss. *si non modo unus, verum etiam* etc.

5 Ornate, pro *quem ego triumphum?*

6 Vt quidem ego sentio. *Manut.*

7 Ep. CCXXXVIII, 2; ubi dixit, cupere se supplicationem, non quia delectetur inani laude, sed ut acceptam ab inimicis iniuriam novis honoribus compenset.

8 Rec. non habet *nimis.*

9 Triumpho. Nam supplicationem senatus iam decreverat; epp. CCLXXIII, 1, CCLXXIV; et intelligitur infra.

10 Nimirum triumphus. Multi libri mss. cum Lamb. Oliv. *acciderit.*

11 Duo Ambb. 2 et 12 cum Lambino *et scripsisse*; Ambb. 7 et 15 *et sensisse video*; Rec. cum edd. vett. *fecisse te, et scripsisse et verius sensisse v.*; alii Ambb. *fecisse te, et scripsisse*, vel *te f. et scripsisse v.*

12 Ex eo, quod tu scribendo affuisti, hoc est, ut nostrates dicerent, obsignasti decretum (cf ep. CCXXIII, 3), ex eo sensi, supplicationes mihi decretas fuisse tibi iucundas.

13 Emergebat iam inter Caesarem et Pompeium discordia, quae civile bellum, rei publ. perniciosum, excitavit. *Manutius.*

CCLXXIX.

1 Ed. Ro. *M. Caelius M. T. Ciceroni imp.*

2 Sc. in pecunia credita. *Ernest.*

3 Pecuniam, quam debet, quae latet in verbo *beneficia.* Vide infra. *Ernest.* Mox *imperare* est eodem modo dictum, quo a Caelio in ep. CCXI, 3, et a Cic. ipso Tusc. II, 21: *Quum praecipitur, ut nobismetipsis imperemus, hoc praecipitur, ut ratio coërceat cupiditatem.*

4 Zel. B *post vero quam.*

5 Legendum, ut bene monuerunt alii, *collegam*; nimirum L. Pisonem, qui in censura erat collega Appii. Hunc iste tentavit, ut et ipse notaret Caelium. Nam unius censoris nota, sine alterius collegae assensu, habebatur irrita. Inepti sunt, qui de collegio Augurum haec intelligunt. *Graevius.*

6 Ahenobarbo, qui cum Appio consul fuerat an. V. C. DCXCIX. Infra *homine* omisit Lambinus.

7 Negotium dare Pompeio, ut me accusaret. *Manutius. Munusculum deferre Pompeio*, non est hoc loco accusare, sed in gratiam Pompeii velle hoc facere, scilicet me notare. *Graevius.*

8 Sic vulgatum *ipsum reprehenderem* emendabat I. F. Gronovius apud Graevium, et sic habent Amb. 14, licet a 2 manu, et ed. Ro.; nisi quod haec *prehenderem* scribit. Recepit iam Ernestius, scilicet: volui ipsum Appium precari et obtestari, ne tam inique mecum ageret; sed non potui hoc a me impetrare, ut ei, quem servaveram, fierem supplex. Sic ep. CCLXVII, 1 *prendimus eum.* Lamb. *ipsum ut reprehenderem.*

9 Sic cum Ernestio Amb. 14 et edd. vett. Vulgo olim *putaram.*

10 Sic primus Ernestius ex edd. pr., olim sine *cum*; cf. ad ep. CCLII, 10 not. 63. Amb. 15 *tamen cum aliquot* ut Manut. edidit, et explanavit: Ab ipso quidem *Appio*, ut iniuriam deprecarer, impetrare a me non potui; tamen feci, ut *eius* amicos alloquerer. Non inepte. Alii codd. *tamen quasi*, vel *tum quasi aliquot amicis.*

11 Posteaquam sensi, illum me ita despicere, ut ne dignum quidem me putaret, cui ille se purgaret etc.

12 Ciceronem enim et eius amicos oderat L. Piso, cuius inimicitiae cum Cicerone notissimae sunt ex Orat. in Pison. *Corrad.*

13 Appii. *Idem.* Mox Zel. B *vultum ferre.*

14 Idem Zel. B *rescivit*; ut Terent. Heaut. I, 1, 47 *ubi rem rescivi.* Mox mss. aliquot *excanduit*, h. e. ira exarsit; Medicaeus et Amst. cum edd. Vict. et Grut. *scanduit*, et Rec. *incaluit*, quo usus est Ovidius Metam. IX, 161, loquens de tunica Herculis venenato sanguine imbu-

ta, *Incaluit vis illa mali.* Vulgato utitur Virg. Geor. III, 479:

Totoque autumni incanduit aestu.

15 Lamb. *quasi quod mihi* etc., quod eodem recidit. *Vt si mihi*, sc. veluti, quod mihi etc.

16 Quod eum in infamiam vocarem ficta simultatis causa. *Manut.*

17 Male mss. multi *accersere.* Mox *Polam Servium*, qui accusationes factitabat; ep. CXXXIV, 1. Sic iam de Vrsini, Manutii, Lambini iudicio correxit Ernestius, et sic etiam infra; cuius lectionis vestigium innuere videtur noster 14, qui deleta prima scriptura, literam tamen primam reliquit maximam *Palam.* Olim *palam Servium.*

18 Lamb. *ut illa.* Mox *ponerent*, subornarent; usitatius *apponerent.* Amb. 15 *imponeret;* edd. Iens. et Min. *poneret*; et mox eadem Min. *accusationem.*

19 Nihil erat, quod obiicere mihi possent. *Manut.* Tacite supplevit *ipsi* Schütz, ediditque: *qua ipsi dicere non poterant.*

20 Extremis diebus Circensium ludorum meorum. Binos enim ludos aediles curules dabant, Megalenses et Romanos, ut ostendit Dio XXXIX, et Pedianus in Com. Cornelianae. Hic de Romanis intelligendum, qui dabantur in circo (ideo *Circenses* dicti) mense Septembri, per quinque dies. *Manut.* *Summis* abest a nostrorum quatuor, et initio membri mss. Rec. et duo nostri *insolentissime.*

21 De nefando marium concubitu, quae poenam irrogabat decem millia nummûm; Quintil. IV, 2, 69 et VII, 4, 42. *Manut.* Edidi ut vulgo. Nam et alii, qui hanc legem memorant, Iuvenalis Sat. II, 44, Tertul. de Monog. 12 et Svetonius Domit. 8 sic habent. Val. Max.

VI, 1, 7 C. Scantinium memorat, e cuius stirpe legem hanc fluxisse aliqui putant. Nostrorum aliqui *Scatinia*, ut Phil. III, 6 edidit Wernsdorf; alii *Catinia*, alii etiam *Cautinia*, vel *Cantinia*.

22 Cum Ernestio; quod latet in nostris tribus, qui vel *Pol elocutus*, vel *Pole locutus*, vel *Pollae locutus* habent; Graevius *Pola locutus*. Ceteri mss. *erat praelocutus*.

23 Quum increbesceret, censorem, corrigendis moribus praepositum, tam turpi crimine postulari. *Manutius*.

24 Postulare in iure, ut id sacellum populo restitueret, cuius erant loca sacra. *Ernest.* De sacellis publicis, quae privati occuparant, quaeque reddere populo coacti sunt, est locus Livii lib. XL, c. 51.

25 Vulgatum olim *dies* a Gebhardo et posterioribus eiectum restitui. Deesse enim hic aliquid omnes vident, innuunt codd. plures, qui habent *quadraginta diebus*, et unus nostrorum, nempe 14, *q. dies*, etsi a sec. manu; neque Gebhardus exemplis lectionem suam confirmavit.

26 Quae, nescio a quo, ei dicta erat ad iudicium subeundum. *I. F. Gronov.* Diem comitiorum auguratus (vid. ep. seq. 1) exponit Bern. Rutilius. Sed Ernestius monuit, sic *dies* absolute vix dici. Hinc Schützius edidit *diem comitiorum timori esse.* Vnus 15 *diem dictam esse.*

27 Sic Ernestius ex edit. Ro., et duo nostri; Graevius *proinde*. In extremo Zel. B. *solere tuas*.

CCLXXX.

1 Lamb. *M. Caelius, M. Ciceroni;* minus familiariter.

2 Quia Cicero cum Parthis bellum gerebat (epp. CCXII, CCXIX et CCXXI), quorum rex *Arsaces*, regia *Seleucia*. Nam ut Ægypti reges Ptolemaei, sic apud Parthos Arsacidae. *Graev.* Hoc quidem tempore Parthorum rex

erat *Orodes*, nominatus in epp. iam dictis. Peck. et quatt. Ambb. *Arsacem*, latina positione, et mox *Seleuceam*.

3 Dolere oculi dicuntur ei, qui videt aliquid, quod videre nollet, qui invidet, qui aegre patitur. Confer Terent. Phorm. V, 8, 64. *In repulsa Domitii*, quam scil. tulit Domitius, auguratum comitiis petens, M. Antonio competitore augure facto; Phil. II, 2 et Hirt. B. Gall. VIII, 50.

4 Tres Ambb. Rec. et ed. Med. *et plane illa studia*.

5 Pauci officium necessitudini debitum praestiterunt, hoc est, suffragati sunt Domitio, cui cognatione vel amicitia tenebantur; sed secuti sunt studia partium, nihili facientes officium necessitudini debitum. In seq. membro Amb. 7 *est mihi*.

6 Mss. aliquot *quempiam*; Manutius *f. q. suum, quem nosti*. Sed notat, ut idem Man. postea explanavit, ingenium Domitii, cui etiam familiares odio essent.

7 Forte *sibi putat ereptum auguratum*. I. Fr. Gronovius. Quae sequuntur explicat Graevius: Me auctorem fuisse putat repulsae, quoniam et ipse laboravi pro Antonio. In seq. membro Amb. 15 *gavisos esse homines*.

8 Lucii, de quo epist. sup. not. 6, filius. A nostro sept. abest praenomen *Cn.*, et tunc intelligitur ipse Lucius. Non ita male.

9 Idest ob anteactam vitam maxime odiosum. Sic cum Vict. noster 15; vulgo *superiore a vita*, nimirum a Manutio corrigente mstos *superior ea vita*. Man. et Lamb. *a superiore vita;* Zel. B *superior ei vita invidiosa*.

10 Sic corrigebat Ernestius, et ediderunt ante Schützium Manutius, Lamb. et Oliv., at ed. Ro. *in exspectationem est*. Vulgo *in exspectatione, inest etiam*. Mox *S. P. absolutionem*, post quam Peducaeus, aeque aut gravius nocens, absolutus est.

11 De re publ. in universum. Mss. multi *summa rei publ.* Sed illud bene. Virg. Æn. II, 322. *Quo res summa loco, Panthu?* Cicero ep. XXI, 5 init., pro Planc. 27; Livius III, 5 et XXVI, 10 aliique multi, quos recenset F. Frid. Gronovius.

12 Amb. 15 *annum pace*, ubi si *in* ab antecedente *m* in mstis absorberi solitum interponis, habebis *annum in pace.* Vulgatum Ernestius emendabat, et Schützius recepit *pacem annum ultra p.;* olim edebatur *me etiamnum pacem.* Est hic sensus: Me credere annum hunc in pace non transiturum, sive hoc anno bellum futurum inter Caesarem et Pompeium.

13 Vulgo *apparet. Propositum hoc est — quod Cn. Pompeius.* Schützius interposita verba *hoc est, de quo, qui rerum potiuntur, sunt dimicaturi,* ut glossam delevit.

14 At Caesar, inquit Appianus (B. Civ. II, 25), senatum suspectum habens ut sibi adversum, timensque, ne in privatorum civium ordinem redactus inimicis fieret obnoxius, omnibus artibus hoc agebat, ut exercitum retineret, donec ipse consul designaretur.

15 Ernestius corrigebat *fert ille*, scilicet Caesar.

16 Intelligit matrimonium Pompeii, quum, potentiae cupiditate, duceret Iuliam Caesaris filiam, de qua nundinatione matrimoniorum, qua res publ. opprimebatur, queritur Cato apud Plutarchum in vita Iulii. *Invidiosa coniunctio* est triumviratus, quem inierant Crassus, Pompeius et Caesar, his legibus, ut nihil in re publ. gereretur, ipsis improbantibus. *Graevius.* Noster 15 *sic illa amoris invidiose* (lege *invidiosa*) *coniunctio.* Nescio quam bene Rec. *ingens coniunctio.* Mox *recedit,* pro simplici *cedit*, de quo ad Sallust. Iugurt. c. 4. Cortius; alii mss. *recidit.* Tum Amb. 14 *ad occultas — obtrectationes.*

17 Sic mss. Guelf. Rec. et Ambb. passim, cum edd. pr.

cum Manutio et Lamb., quod recte Ernestius restituit, receptum a posterr. At Graev. *erupit.* Lamb. et Man. *se* omiserunt. Infra correxit *consilium* ex ed. 1471 Ernestius, idque etiam ed. Minut. habet. Nam *quod consilii*, ut erat in vulgg., dici non potest. Ms. Gu. (cui adde nostrorum aliquot et ed. Med.) *quid consilii;* sed ei non aptum esse *rerum mearum*, idem Ernestius vidit.

18 Recte *quod;* idest qua in re, in quo. *Ernest.* Vide ad ep. LIX, 1 not. 3.

19 *Causam illam*, Caesaris; *non homines*, amabat enim Curionem, Antonium, Dolabellam, Caesaris causam acerrime tuentes. *Manutius.* Hic in ed. 1543 *tantum c. i. n. h. odi.*

20 Cicero pro *quin* usus esset, opinor, infinitivo: *homines debere.*

21 Noster 15 *cernatur;* ut Virgil. Æn. XII, 709:

Inter se coiisse viros, et cernere ferro.

Codices alii *cernetur.* Tum illa *sine armis* tamquam e glossa improbabat Ernestius, et sustulit Schützius. Videndum an glossa sit potius in illo *civiliter.* Infra Rec. et Zel. B *et ad castra.*

22 Iudices, quos Pompeius tert. consul CCCLX legerat. *Manut.*

23 Caesaris scilicet, et Pompeii.

24 Nostrorum plure *sat spatii.* Tum singulari numero *eligendam partem* omnes Ambb. et aliorum multi bene cum Ernestio et posterr. habent, nisi quod non agnoscunt *ad;* fortasse melius. Graevius *et ad eligendas partes;* ed. Ro. *et ad eligendam partem tutiorem.*

25 Res mirificas facere; dum scilicet rigidum censorem ludit, dum sumtus, qui fiant in signa et tabulas, moderatur.

26 Agit Appius censor de moderanda agri possessione. Correxit sic Manutius contra fidem omnium librorum, qui legunt *de agris modo.* Ambr. 15 *de agris non;* quod non intelligo.

27 Censuram posse maculas praeteritae vitae eluere. Maculas autem nitro tolli indicat et Vulgat. in Ierem. Propheta, c. II, 22: *Si laveris te nitro — maculata es in iniquitate tua.* Vide Manutium.

28 Hic aliquid deesse sensit Lambinus, qui corrigebat *Nam dum sordes eluere vult.* Possis etiam emendare *Sordes el. vult, et venas.* Amb. 14 cum edd. Ro. et Min. *Nam sordescit vere vultu, et venas* etc. Ceteri libri nescio quid peius habent.

29 Tantum abest, ut veterem de suis vitiis opinionem hominum deleat, ut eam hac severitate vehementius etiam commoveat. *Manut.* In seq. membro Amb. 15 *huc risum veni.*

30 Livium Drusum praetorem, quo nemo magis contra legem Scantiniam commisit. Fortasse is est, de quo ep. CXLIX, 3 et 5 nominatur. *Manut.* In voce *Scantiniae* hic etiam mira in mss. varietas. Vide ep. sup. not. 21. Infra *Appium,* quem signis et tabulis ultra modum delectatum esse, earumque causa male audientem omnes sciebant.

31 Hoc tempore optimatibus et Pompeio acerrimus Curio erat adversarius. Intercedebat igitur ne SC. fieret de stipendio, Pompeii legionibus persolvendo; ep. CCVI, 1. 3. *Manut.*

32 Amb. 15 *alter,* et intelligitur Pompeius, de quo tantum supra quaestio fuit, an ad bellum contra Parthos mitteretur. Infra Amb. 13 et Rec. *et vis vindicabit.*

33 Sic Ambb. omnes cum edd. pr., et sic Cicero semper; vulgo *uterque animo.* Sermo est de Caesare et Pompeio.

34 Nempe in contentione Pompeii et Caesaris periculosa ipsis, quod per eos maxime in exsilium eiectus fuerat (Cicero). Ed. Med. *parabit:* ferri posset, si esset ante *possit.* Ernestius. Nostri supra legunt *sine suo periculo,* quod Manutius et Lambinus mutarunt, puto, in *summo p.*, vel simpliciter *sine periculo* cum edd. pr., quod malim; scil. sine periculo libertatis.

CCLXXXI.

1 Veteres non pennis, sed calamis, sive arundinibus scribebant. Pers. Sat. III, v. 11:

> Inque manus chartae, nodosaque venit arundo.

Gronov. Meminit calami etiam in ep. CXLI.

2 Adverbium; supple *via.* Sic Terent. (Eun. 1, 2, 7): *Cur non recta introibas?*

3 Alii explicate *prid. Kal.,* quod perinde est.

4 Quae tibi obviam progressa opportune advenienti occurrerit. *Manut.*

5 Haec sunt, quae Cicero horribilia dicit: Caesarem nullo modo dimissurum exercitum, praetores designatos Lepidum et Roscium, tribunum pl. Cassium, et cons. designatum Lentulum cum Caesare facere, hoc est, partibus Caesaris studere. Dimittendus autem erat exercitus omnibus, qui petebant consulatum. At Caesar obtinuerat, ut et absens et cum imperio consulatum petere posset.

6 Et in suas provincias, hoc est Hispanias, quas pro consule iam multo abhinc tempore per legatos administrabat, proficisci; vel urbem Caesari advenienti vacuam relinquere, et sedem belli alio quaerere; quod revera fecit; vide epistolas anni seq.

7 Nempe Hirro; ep. CCIII, 1. *Moleste fers* explicatur a seqq. *at a quibus victus est?* scilicet: aegrene fers, Hirrum victum in aedilitate a Caelio Rufo? Vid. ep. CCII, 2. *Patruo*, cfer cum ep. CCXX extr. Mox Schütz *qui se volet*, nescio an consulto.

8 Integros; epp. LXXVII et CXCVIII, 4. Hunc locum sic legi volebat ex ms. Vrsini habente *detraxere* Ernestius: *Nos Etesiae — tardarunt: detraxere XX ipsos dies. Etiam aphractus Rhodiorum;* scilicet detraxit aliquid dierum propter imbecillitatem navigii.

9 In navem. Nam sine adiectione *navis* sic *conscendere* Cicero usurpat. *Graev.* Mox *L. Tarquitio* bene Malaspina ex Poggii et Ant. libro correxit, pro vulg. *L. Tarquinio*, rarum et invisum Romanis post eiectos reges nomen.

10 Idoneam ad navigandum tempestatem captaturi.

11 Gratum, quod raudusculum, hoc est, parvum aes alienum (epp. CXI et CCXCIII, 6) dissolveris.

12 Lipsius, Lamb. Iunius, Popma cum Ernestio contra libros *unus hostis;* idque ex epist. CCXCIII, 5, ubi eandem rem eodem modo dicit: *Nunc illum* (Bibulum), *qui pedem porta, quoad hostis cis Euphratem fuit, non extulerit, honore augeri — dedecus est nostrum;* et aliquo modo etiam ex cod. Tornaes., qui *hospis* habet. Sed *hospes* egregie metum Bibuli extollit, ut Manutius et Clericus viderunt. *Vnus* autem addit, ut rem militarem Bibuli deprimat, suamque augeat, quod cum pluribus, hoc est Amaniensibus, dimicaverit; ep. CCXXVIII, 1.

13 Qua consul per octo menses se tenuit (ep. XLV extr. in not.) metu Caesaris collegae.

14 Supplendum *scripsi*, vel *scribenda superessent mihi.*

CCLXXXII.

1 Graeca declinatione, pro lat., qua usus est in epist. CCLXXXIV, 1 *in Piraeeum*; vide ep. CCXCIV, 7. Piraeeus portus Athenarum; ideo dixit in fine epist. *In arce Athenis statio mea nunc placet.* Mox *quum exissem*, sc. de navi, ut diserte est in ep. XXXIII, 2 circa fin. Inv. II, 31 de nautis: *imprudentes legis, quum exissent, vitulum immolaverunt.* Tum Muretus (var. Lect. XV, 8) legebat *ab Acasto statore meo.*

2 Quae a te distincte, et aequabili ductu solent exprimi. Ed. Hervagii *quod solent* etc. Lamb. *quae solent compositissimae* etc. Vulgo *scripsisset*: *literularum tuarum, quae solent compositissimae — esse.* Haec constructio similis est Caelianae constructioni in ep. CCXXIII, 5 *si mihi non dedisset eas, quae advectae erant, Africanae*; et eiusdem Ciceronis ep. DCCCIII *statuebam omnes, quae — essent opes copiaeque, tuas esse.* Tum mss. quidam cum Aldo *copiosissimae et cl. esse.*

3 Multi libri *quod ista;* vulgatum rectum et elegans.

4 Ed. Aldi, Herv. *cum febre.* Eandem inconstantiam praeseferunt in ablativis *cive* et *nave* libri multi. Tum iidem Aldus et Herv. statim *Perculsus vehementer* etc.

5 Lamb. *ille et sibi visum;* sed infra *ut nihil tibi esset i.*

6 Vide ad ep. CLXXXI, 1, et plura huius locutionis exempla in indice.

7 Proprie: Observa conturbatoris Philotimiam quam maxime. Vide ad ep. CCLXXXIV, 5. Quomodo in epist. CCXLIV 3 *Appietatem* et *Lentulitatem* finxit ex nominibus *Appii* et *Lentuli*, sic hoc loco graeca voce φιλοτιμίαν usus ad Philotimum designandum, sive Philotimi ambitionem et cupiditatem habendi.

8 Quae scilicet illi a Praecio, fortasse iureconsulto (epist. CXXXIX), obvenit. Amicos autem ab amicis obtinuisse frequenter hereditatem, notum est omnibus. Mox libri multi cum Lamb. *prorsus illam ne attingat.*

9 Nimirum Philotimo. Mox Iunius e duobus mss. *nummos mihi esse* defendit; quod tamen contra loci sententiam pugnat.

10 Ciliciam fratri administrandam tradidisse; quod verum non erat; epp. CCLXIV, 1 et CCLXVIII, 1; CCLXXVI, 4; CCLXXIII, 4.

11 Schützius tacite *adeon' ergo;* rectius, puto.

12 Ep. CCLXXVI, 4. Victorius *ἐπέχειν ter scribebas* castigabat; alii etiam *i. interscribebas* e mss.

13 In provincia, ob id quod dixit in ep. eadem.

14 De quo ep. CCLXXXIV, 1.

15 Edd. Iens. et Herv. *item* (prima vere *idem*) *de Dolabella.* Vulgatum *id est* optime explicatur, quum uterque iuncti matrimonio fuerint. *Perscribes,* quomodo vivant inter se. Sic habent Amb. 16, Land. et edd. Ro. et Iens. Vulgo *perscribas;* quod ipsum non a Cicerone alienum esse indicant loca epp. CIX, 3, CXCVI extr. et CCI, 3 extr., si tamen sana sunt, quod dubito.

16 A censoribus ad senatum, ut SC. fiat de sumtu signorum, et tabularum coërcendo. *Manut.* Appius per id tempus acerrime hoc agebat; vide quae diximus ad epist. CCLXXX, 3. Multi libri *referanturne,* quod Malaspina probat, intelligitque de aedilibus, qui tabulas signaque et alia ornamenta, a civitatibus mutuo ad ludorum magnificentiam accepta, restituere negligebant, ea in hortos suos adsportantes. Sed quo sensu accipiat verbum *referantur,* non bene, ut mihi videtur, expedivit.

17 Adducturus erat. *Corrad.* Cicero, quum nesciat ad quid Caesar eas legiones Placentiam adducat, male tamen

ominatur, atque in arce Athenarum clausum se tenere, etsi cum ioco, dicit. Ed. Iens. *Caesar Placentiae, et quattuor legiones sunt.*

18 Sic vulgatum recte emendavit olim Victorius, probantibus postea Malaspina et Lambino. Libri quidam *marce,* scriptorum vitio; ex quo ed. Ro. *marte,* Iens. *macte scribas,* et Herv. *mature scribas Athenis.*

CCLXXXIII.

1 Bene Rec. semper in huiusmodi literis *Tullius* tantum scribit, praenomine et cognomine omisso; cf. ad ep. I, 1, et CCXXIX init. Tum mss. aliquot non habent *et Tull. suis.*

2 Edd. pr., Ro. excepta, cum Man. et Lamb. *de navi.* Vide ad ep. sup. not. 4.

3 Idem Lamb. *miratus.* Sed Cicero utrumque eodem sensu multis aliis in locis adhibet.

4 Legendum esse *exspectabas* monuit Ernestius, et recepit Schütz. *Sive nos ipsos,* me et filium; ep. CCCVI.

5 Hoc ab Ernestio; mss. *veniemus*; vulgo olim *venimus.*

6 Subaudito *ita* vel *sic*: sic ad a. r. spectare; abest et ab epist. CCLXXX, 1, et aliis eleganter.

7 Hoc pariter ab Ernestio; ante illum *quum;* Amb. 6 *quoniam.*

8 Male mss. nonnulli *quod cum commodo.*

9 Lamb. *prodeas.*

10 Vulgo *sed hoc.* Particulam hic otiosam, a multis aliorum libris, a nostris fere omnibus absentem, deleverunt Benedictus et Schütz; neque hic resumendae sententiae videtur necessaria. Paullo supra *illum amavi,* nimirum Praecium, qui latet in superiori voce *Praeciana.*

11 Vocem *salvi* deleverunt Man. et Lambinus.

12 Ita Benedictus et Schützius ex quinque codd. mss., quibus adde nostros fere omnes. Vulgo *nos si dii adiuvabunt.*

CCLXXXIV.

1 Ed. Iens. *Dederam quidem.*

2 Nempe tarde, quia praeter sapientiam nihil curant; tardissime autem Epicurei, quia molles; ex quorum secta erat Saufeius; epp. VIII et XXXIV, 1. Vide Manutium.

3 Nempe ep. CCLXXXII; ubi vide, sis, omnia, quae Cicero in primo huius epistolae capite perstringit.

4 Nimirum Philotimo. De voce φιλοτιμία vide ad ep. eandem, 2.

5 Falsum; de provincia scilicet fratri tradita; ep. eadem, 3. *Manut.* Particula *autem* in causa fuit, quare Corradus putarit legendum: *Cur fratrem provinciae non praefecissem, exposui breviter. Turannius autem secus tibi — dixerat* etc.

6 Edd. Ro. Iens. et Aldi *Zenone*, ut alias.

7 Sic Victorius. Libri multi *confer ad eam curam*; Bosiani *conferam*, ex quo Lambinus et Iunius emendabant *confer iam.* Vulgatum *confer te iam* etc. defendit Graevius ex vestigiis Helmst. et Ball., qui vix a vulgato aberrantes legunt *conferte*, vel *conferto*, et Ernestius ex edd. Ro. Aldina et Ascens.; quibus adde Minutianam; in quo superiora *amorem* et *prudentiam* nescio quomodo aliter cohaerere possint, nisi pendeant a praepos. *per: Per fortunas, per omnem tuum amorem — omnemque tuam prudentiam*, quod nolim.

8 Tangit dissensiones inter Caesarem et Pompeium, de quibus iam aliqua in ep. super., 1.

9 Verba *sed tantam* inserviunt resumendae sententiae,

h. e. *sed tantam dimicationem.* Ea tamen Aldina ed. non agnoscit.

10 Duo Iuniani et nostri scripti et cusi passim *utrumque complexus Pompeium et Caesarem;* scilicet e glossatore, ut iam visum Ernestio et Graevio.

11 Edd. Iens. Minut. et Hervagii *admonentem*, et Lambinus infra, cetera ad rem Homeri verba supplevit:

Ὡς οὐδὲν γλυκίον ἧς πατρίδος, οὐδὲ τοκήων.

12 Pompeius, mei restituendi studiosissimus. *Corrad.*

13 Et ita omni obsequio effeci. Alii *itaque feci et omni obsequio*; Manut. *atque effeci omni obsequio;* Graevius vulgatum corrigebat *idque effeci o. o.*

14 Fortasse verius *sic enim*; ut Ernestio visum. *Schütz.*

15 Edd. Ro. et Herv. *in rem publ.*

16 Sic verissime coniecerat iam Malaspina, et reperit Bosius in suo. Ceteri libri praepostere *cum Pompeio sentienti pugnandum esse cum Caesare*; in quo necessaria cum sup. membro antithesis nulla esset.

17 Non quaero quid mihi agendum sit, si res ad extremum, hoc est, ad bellum cedat.

18 Caesare. *Corrad.*

19 Sensus est: Quum rogabor sententiam, dicamne ut me exspectent dum te consulam? Nugae. Non enim erit locus ad tergiversandum. Statim enim cogar dicere, quid sentiam. Dicam igitur contra Caesarem, ne eius absentis ratio habeatur, cui dexteram dederim, fidemque meam obstrinxerim? Non possum: nam ut ei liceret (etiam absenti consulatum petere; ad ep. CCLXXXI, not. 5), adiuvi rogatus ab ipso Caesare Ravennae. *Malaspina.* *Dic*, *Marce Tulli* est sollemnis formula, qua Coss. utebantur in rogandis sententiis. Sic et epp. CCXCIV, 2; CCXCVIII circa fin. et CCCXLVI. Vide Brisson. de Form. lib. II. *Graevius.*

20 Iunctae et implexae; fidei et federis signum. *Popma.* Intelligendum de dextris, h. e. coniunctione arctissima Caesaris et Pompeii, non vero eorum, qui se ad Caesarem (Lucam) contulerunt. *Graevius.* De coniunctione Caesaris et Ciceronis acciperem, ut iam Manutius exponit, si mea erga Graevium reverentia sineret.

21 *Rogatus — de Caelio*, nimirum ei conciliando, ut hic de ratione Caesaris absentis habenda ferret; ep. CCXCIV, 2 a med. At Lambinus de omnibus tribunis plebis locum cepit, ediditque *de decem tribunis plebis*, plane ut loco c. legitur.

22 Hoc est, vereor bonos omnes, qui mihi ingratitudinis crimen impingent. Mox Lamb. ἐλεγχείην ἀναθήσει.

23 Graevius ex Ball. *ergo*, quod Amb. 16 et ed. Ro. habent, et receptum vulgo est.

24 Quia profectus est ante in provinciam, quam M. Marcellus referret (A. V. C. DCCII) de successione Galliarum (ep. CXCII, 2), et anno proximo (nimirum hoc ipso), consule C. Marcello, de provincia decedens, tamen ad urbem non pervenit, tribus mensibus in itinere consumtis. *Manut.*

25 Itaque sinamus, ut primus sententiam suam dicat stultus aliquis, si quis est in senatu. Cicero, qui quid dicturus esset, ut neque Caesarem neque Pompeium offenderet, nesciebat, iocose *stultum* appellabat, qui se absente primus in senatu sententiam dixisset.

26 Ridendus certe Cicero, qui post, quam ad satietatem inculcarit, se insulsitatem provinciae vix ferre posse, rogaritque amicos, ne quid ei temporis prorogari sinerent, provinciam desideret, etsi, ut infra idem Cicero fatetur, *nil* ea *miserius.*

27 Non intelligo quid rei hic habeat *etiam*; malim *etiam tu tuis literis. Illa prima*, sunt, quae Cicero in provincia

praedicavit de sua suorumque integritate et continentia. Mox Ald. ἐπίκτητα; minus apte.

28 Anni sumtum, qui ipsi decretus a senatu erat, de meo dare. *Ernest.* Pro *annuum* legebat *aliquantum* Vrsini amicus.

29 Vsque adeo parcus fui, ut ex sumtu annuo mihi decreto potuerim et cohortem alere, sumtumque annuum quaestori, ut minori magistratui, relinquere, et H-S CIↃ in aerarium referre, atque hoc gloriosum putavi. *Corradus.* Sestertios mille, hoc est 25 Philippeos Ciceronem in aerarium retulisse nemo credit. *Mille sestertia* veteres non dixerunt, sed pro hoc *decies sestertium* usurpabant, ut recte docuit summus vir Io. Frid. Gronovius de sestert. II, 2. Hinc et hic legendum existimo *H-S X*, quod aeque hic degeneravit in *H-S* ∞, ut in alio loco ex Verrinis, quem ibi ὁ πάνυ recte emendat. *Graevius.* Ed. Ro. explanate *ad sestertia mille.* Graevius autem corrigit *H-S X.* Placet. *Ernestius.* Recepit Schütz.

30 Eleganter conscientia recte factorum, quod est, ut in Tusc. II, 26 ait, theatrum virtutis omnium optimum et maximum. *Ernest.*

31 Idest, Cato, qui plus decrevit, quam ceteri; quia sententia sua dixerat supplicationem esse inferiorem dignitate Ciceronis. Vide ep. CCLXVI, quam mox iucundissimam vocat. *Ernest.* Mox Aldus *decrevisset triumphos.*

32 Scilicet, quod putat me a Catone abalienatum esse, quod non decreverit supplicationem. *Ernest.* Mox *quid — sententiae*, quam honorificam in me sententiam Cato dixerit.

33 Adiutores ad Hirrum placandum. Infra Lambinus *ego iam antea.*

34 Quominus mihi decerneretur supplicatio.

35 Philotimo. Mox Lambinus *merus est* φυράτης.

36 Imitator Laërtis, Vlyssis. *Ernestius.* Qui Vlysses astutissimus, et calidissimus veterator est habitus. Sic locum explanat etiam Turnebus Adv. XX, 16.

37 Coniecit Malaspina et invenerunt in mss. Faërnus et Iunius. Olim *quod accessit;* Lamb. *in quo accessit.*

38 Ad dolorem e morte Praecii accessit cura expediendae hereditatis; ep. CCLXXXIII, 3. *Schütz.*

39 Vt tu eam recipias, et serves; quod tamen paullo durius sonabat Ernestio. Mox edd. ante Graevium passim *ita puto*; sed inepte. Philotimus me non accusabit, quum te, non quemvis illi praeferam ad pecuniam pro triumpho meo redigendam.

40 Amb. 16 et ed. Iens. *videbit*; Herv. *videbitur.*

41 Scilicet ut triumphum assequar. Confer ep. CCXCIII, 5. *Schütz.* Mox addidi *tu* ex Amb. 16, et edd. vett., ut responderet sequenti *ego.* Vulgo *id et ostendisti.*

CCLXXXV.

1 Ad triumphum, quem sperabat (epp. CCLXXIII, 1. in not., CCLXVI et CCXCIII, 5); sed eum ne discordiae civiles impedirent, verebatur: id quod evenit; propterea dixit *quamprimum ad urbem venire.* Manut.

2 Qui enim cibum ex medicorum praeceptis capiunt, tunc primum videntur convalescere.

3 Servum. *Manut.*

4 Fretum Corinthiacum, vulgo *di Lepanto*, cum parvo maris intervallo erat Tironi traiiciendum, ut Ciceronem consequeretur. Libri aliquot *consequeris.*

5 Inepte ms. Rec. *illud igitur primum.*

6 Edd. pr. *erit hoc mihi.*

CCLXXXVI.

1 Mss. passim *libet.*
2 Mss. aliquot *Aluciam*, *Allucíam*, et ed. Med. *Aleuciam* hic et in ep. seq. Tum infra *Alucia* etc.

CCLXXXVII.

1 Lamb. *ad te*; recte. Nam *dare literas alicui* est ei tradere literas deferendas; *dare ad aliquem*, ei scribere.
2 Scil. frater. *Nos*, me et filium. In seq. membro alii edunt *Is enim dies.*
3 Qui te docuit; ep. DCLXVI. *Cortius.* Hoc nomine significat, se Tirone liberto suo valde familiariter uti.
4 Ante omnia te exspecto; si minus te, saltem Marionem cum tuis literis.
5 *Quotidie* nihili et vitiosum est. Ex re et verbo *properaris* patet legendum *satis cito te videro*, vel *satis quidem te v.*, ut et alibi fere est, v. c. ep. seq. *satis te mature v.* Ernestius. Recepit Schützius.

CCLXXXVIII.

1 Ed. Ro. *Et Cicero meus et.*
2 Edd. pr. *turbatus*; et mox ed. Minut. *paullulum.*
3 Amb. 3, Rec. cum edd. Med. et Iens. *quo.*
4 Multi libri *satis enim te m. v.*, vel *satis enim m. te v.*
5 Amb. 15 *curationem.* Κακοστόμαχος, stomacho enim infirmo iurulenta non conveniunt. *Ad illum*, ad Asclaponem medicum tuum; ep. CCXCII. *Ad Lysonem*, Patrensem; ep. CDLXXXVII.
6 M'. Curium, qui Patris negotiabatur, Ciceronis Atticique familiarem; epp. CDLXXXV et DCLIV.

7 Abest *quod* a Rec.

8 Sic Ernestius et Schütz. Cicerone dignior locutio ex suis praeceptis, ut supra *usu* pro *usui*. Vulgo *sumtui*.

9 Pro *quoad* accipio cum Ernestio. Libri nostri multi cum edd. pr., Man. et Lambino *qua*; ed. Min. *quae*.

10 *Ipsi* uncis incluserunt Ernestius et Schütz; fortasse opponitur voci *tibi*, quae latet in *dixisses*, nimirum *tibi daret;* cf. cum epist. CCXCII a med.

11 De quo epp. CCLXVIII, 1 et CCCII.

12 Vulgo *et*. Legendum *sed* vel *at* vidit Ernestius; primum admisit Schütz.

13 Libri multi cum Lamb. et Man. *fieri a te*. Amb. 15 *tanti a te me fieri*.

14 Praefectum fabrûm Ciceronis; ep. CCXLIV, 3.

CCLXXXIX.

1 Duo Quinti, pater scil. et filius Cicerones.

2 Locus inter Alyziam et Leucadem. Nam Patris Alyziam, inde Thyreum, Thyreo Leucadem Cicero venit; vid. epp. quatuor super., Stephanum et Livium XXXVI, 11, 12 et XXXVIII, 9, ubi *Thyrium* editur; Graecis Θύριον, Θύρεον, et Θούριον.

3 Amb. 14 *hospes tuus*; et mox quatt. eorum et Rec. *quasi vixerit tecum*.

4 Sic Ernest. et Graevius ex edd. pr. et mss. pluribus. Male alii *deportares*.

5 Servus Ciceronis; ep. CCLXXXII init. *In portu*, ut ibi literas tuas det ad me perferentibus.

6 Malim *Ego quidem Patras*; Amb. 6 *ego Patras*. Patris Tironem aegrum Cicero reliquerat; ep. CCLXXXV.

7 Amb. 15 et ed. Min. *ut valeas*. Sed video *tu* opponi sequenti *ego*; itaque legerem: *Cura nihil aliud tu, nisi ut v*.

CCXC.

1 Manutius *eadem dies*; et mox Amb. 3 *tuendi causa.*
2 Sic Lambinus et Ern. primi, ut alias semper; vulgo *quid.*
3 Amb. 15 *gratissimum omnium erit.*
4 Sic Ern. e mss. cum Schützio et Cler. Olim *Quum non contigit.*
5 Lamb. *nec quod quicquam.*

CCXCI.

1 Cod. Reg. cum edd. Man. et Lambini *Tullius et Cicero*; nimirum pater et filius.
2 Ambb. 2 et 7 *Quinti.*
3 Noster quintusdec. *nihil a te literarum afferri.*
4 Recte; nec intelligo, cur Graevius voluerit emendare *qui nisi essent. Istinc*, intellige *Patris*, ubi aegrotabat Tiro, et *navigatur* Corcyram; si Patris Corcyram, ergo et Corcyra in Italiam. Igitur si venti fuissent, h. e. spirassent secundi iis, qui Patris Corcyram, atque inde in Italiam veniunt: et Tiro literas mittere potuisset Patris Corcyram, et Cicero Corcyra solvere in Italiam. Atqui non erant. En tibi ratio aperta, cur Cicero non miretur, se nullas accipere literas a Tirone. Amb. 15 tamen *qui nisi essent.*
5 Amb. 15 *venias. Nemo enim nos amat.* Tum multi cum Rec. et edd. pr. *qui te non diligit.*
6 Sic ex epist. seq. cogimur rescribere pro vulgato *Novemb.*, quod Manutius iam vidit, et Lambinus edidit ante Schütz. Tum Middleton in praef. ad Bruti epp. corrigit *XVI Kal.*

CCXCII.

1 Lamb. *a. d. XV K. D.* Infra statim abest *Decembr.* a ms. Rec., et velim abesset inferius semper.

2 Corcyraei portum suum habebant in Epiro ad oppidum Cassiopen, quod est e regione insulae Corcyrae, parvo maris intervallo; qui portus et ipse *Cassiope* est dictus (Plin. IV, 12; Strabo lib. VII, p. 469 ed. Falcon., Ptolem. III, 14). Ad hunc venit Cicero solvens ab insula Corcyra, quod ex illo traiicere Brundisium in Italiam solebant veteres. Vide Graevium. Igitur non bene Ernestius *a portu C. ad C.*, etsi mss. aliquot *a portu* vel *e portu* habent. Male autem mstorum plurimi *ad Cassodem, Cassiodem*, vel quid simile.

3 Ambb. quinque et Rec. *levissimo.*

4 Ernestio videbatur legendum *is erat.*

5 Viro obediens; ep. CCLXXXIII, 2.

6 A Gebhardo repositum ex Victoriana ed. et Vaticani excerptis. Mss. familia *nunc quidem — hortor;* Amb. 14 *nunc equidem te hortor.*

7 Vellem non interfuisses convivio Lysonis, in quo pueri symphoniaci cecinerunt. *Graev.* Rationem affert Cellarius, quod scilicet Tiro valetudinarius, quum se aëri exposuisset, peius se habere coeperat. At planior fit causa, si legas συμπόσιον, *convivium*, cui quum interfuisset Tiro, plus, quam par esset, fortasse cibi sumsit. Mox *vellem* dedit Schütz, et est in libro Rec. et ed. Med., vulgo *velim vitasses.*

8 Idest, ne morbus tuus ad quatuor hebdomadas protraheretur. Gell. lib. III, 10: *Discrimina periculorum in morbis maiore vi fieri putant in diebus, qui conficiuntur ex numero septenarii; eosque dies omnium maxime ita, ut*

medici appellant κριτικοὺς ἢ κρισίμους, *cuique videri primam hebdomadam, et secundam, et tertiam.* More graeco *hebdomada* pro latino *hebdomadam*; quod ipsum nonnulli libri habent cum Graevio.

9 Quod Lysoni, a quo eras invitatus, negare noluisti. *Schütz.* Dedimus *quando* cum libris fere omnibus. Vulgo *quum — maluisti obsequi.*

10 De pecunia intellige, non de honore: unde *honorarium,* praemium causa honoris datum. *Manut.* Epist. CCLXXXVIII med. *Medico ipsi puto aliquid dandum esse, quo sit studiosior. Misi,* ut in ep. DCCLXXXVI circa fin., pro mandavi.

11 Romae tantum pecuniae soluturum, quantum Curio Patris solvisset.

12 Caesaris causa; ep. CCLXXXIV, 2. *Corrad.* Dicit autem *ex Kal. Ian.*, quia tunc temporis novi consules magistratum inibant, qui consules pro Pompeio contra Caesarem erant facturi.

13 Abest *hoc* ab Amb. 7, Zel. B et Rec.

14 Nimirum *decurras,* sive naviges *velim*; ep. CCLXXXVIII.

15 Sic Lambinus, Benedictus et Schütz; cuius vestigia lectionis praeter Pal. sext. habent tres Ambb. legentes *steteris.* Ceteri *incolumem feceris.* Ernestius *i. praestiteris.*

CCXCIII.

1 Nempe venti ab Onchesmo Epiri portu (prope Buthrotum), quem nominat Ptolemaeus III, 14. *Manut.* Sic restituit Latinus Latinius apud Victor. Var. lect. XXXVI, 11. In codd. est *anchesmitis*, quod aliqui in *Ancherites*, alii in *auster mitis* mutarunt.

2 Hunc spondaicum versum, qui mihi excidit in scribendo: *Flavit ab Epiro lenissimus Onchesmites*, vendita pro

tuo, si voles, cui libebit adolescentium. *Vendita* emendavit I. F. Gronovius, receperunt Ernestius, Schütz et Clericus. In libris omnibus est *vendito.*

3 Servus.

4 Vid. ep. CLXXXV, 1. Mox Lambinus *etiam eam iam decessisse;* sed libri alterutrum tantum, *eam* vel *iam* praeseferunt.

5 Est in libris veteribus *quod si ita est* (*quod maxime opto*) *id spero.*

6 Sic optime Manutius et Graevius. Vulgo male *Alexidis animum amabam — manum non amabam.* In ed. Aldi (adde et Hervagii) bis est *manum.* Cicero enim ait, se in iis literis, quas Atticus propter invalitudinem Alexidi dictasset, huius *manum amasse,* quod tam prope ad Attici chirographum accessisset; *non amasse,* quod Atticum haud valere indicasset. *Schütz.*

7 Quae mihi in memoriam reduxit Tironem, cuius Alexis est imago; ep. CCXCVIII extr. *Corrad.*

8 Legendum videtur *adolescentem eruditum, ut nosti, adde si vis, probum.* Schütz. *Careo aegre; et quamquam* etc. legit infra Lambinus continenter.

9 Pronomen *se* debetur Malaspinae et Bosio, qui primi ex suis codd. addiderunt.

10 Scilicet indigena. Est autem *αὐτόχθων urbanitas* ea, quam in ep. CDLXXIII, 1 *antiquam et vernaculam festivitatem* appellat. Huius loci lectionem antiquam cum Ernestio et Clerico revocavi auctoritate Ambr. 16 et ed. Ro., praeferendam, ut aliis etiam visum, vulgatae: *Et mehercule est, quam facile diligas, αὐτόχθων in homine urbanitas.* Mox *testamentum deporto* est coniectura Manutii, quam M. Brutus et Lambinus recepit; nisi quod addiderunt *Romam*, ab Ernestio et seqq. omissam vocem, quae per se intelligitur. Mss. *Testamentum de tor-*

tori uncis, vel *testamentum de tortorio*, ut edidit Victorius et Graevius. Manutii correctio confirmatur loco epistolae CCXCIV, 6: *quas mecum porto.* Agitur, inquit post Mongaltium Olivetus, de testamento, non serio illo quidem, sed festivo ac ludicro, quemadmodum tunc temporis fieri solita fuisse testamenta innuit Svetonius in Iulio c. 20: *Nonnulli urbanorum, quum quid per iocum testandi gratia signarent* etc. *Signis obsignatum*, quum quis testamentum conficiebat, aderant testes ex amicis, qui testamentum obsignabant, hoc est impressione occludebant, quae obsignatio subscriptionis loco erat. Iunius coniiciebat *trium Ciceronum signis obsignatum*; alii *duorum Ciceronum* etc.

11 Non intelligenda est cohors militaris praetoria, sed illa, quae comites praetoris habebat, praefectos, scribas, medicos etc. Quod ex eo intelligitur facile, quia militaris cohortis signa non cepissent tabulae. *Ernest.*

12 Supple heredem. *Heredem palam — facere*, ut iam Bosius monuit, est eum sic facere, ut nuncupatio a testibus exaudiri possit. Confer Digestor. lib. XXVIII, Tit. I, leg. 21, ex Vlpiani lib. II ad Sabinum. *Schütz.* Mox *Libella* hoc in loco accipienda est pro decima parte sestertii (vide, sis, argumen. apud Io. Fred. Gronovium, de Pecunia vet. lib. II, c. 2, pag. 54 et 55 edit. 1691). Quum autem Ciceronis aetate sestertius constaret ex quatuor assibus, quorum unusquisque 12 uncias valebat, quique simul sumti summam unciarum 48 conficiebant; hinc *ex libella* idem est atque ex decima parte unciarum 48. Ex libella itaque est ex unciis 4, sicilicis 3, et scriptulo, sive scripulo ferme uno (uncia enim partitur in 4 sicilicos, sicilicus in 4 scriptula secundum ipsum Gronovium). *Ex teruncio* vero (qui erat quarta pars assis, quasi *triuncius* a tribus unciis dictus) est ex un-

cia et quinque scriptulis. Quae partes, inquit Schütz, quia non exhauriunt totum assem (est enim unciarum 12; pro Caecina c. 6), intelligendum est, ex reliquis partibus alios scriptos, quos nominare non fuit operae Ciceroni. Ex hac supputatione si ponamus Curii bona fuisse 24000 imperial., Attici portio fuisset 9583 $\frac{1}{3}$, Ciceronis 2416 $\frac{2}{3}$. Aliter Manutius hunc locum explanat: Fecit te heredem omnium bonorum; nam *libellae* nomine significatur *as*, sive omnis hereditas. Verum si omnem hereditatem habet Atticus, unde teruncius Ciceroni?

13 Actium non hic est promontorium Acarnaniae, nec locus aut ager Corcyrae, ut docti viri existimant, sed portus Corcyraeorum, ad differentiam alterius, dictus *Actium Corcyrae*, ubi octiduum tempestatibus retentus ab Alexione medico suo cibariis laute et abundanter muneratus est. De portu Corcyrae, et in eo mora sua scribit ad Tironem ep. sup.; de Alexione medico suo infra epp. DCCVII, 1 et DCCVIII extr. *Popma.*

14 Flumen Thesprotiae (Plin. IV, 1) ubi res tuas habes; ep. CCLXIV, 1. *Corrad.*

15 Ante Victorium libri excusi στοργὴν φυσικὴν esse τὴν π. τ. τ., sed V. D. ab articulo illo accusandi casu, quem ipse ex libris antiquis restituit, satis indicari verbum στοργὴν recte putavit. *Probari tibi*, nimirum Atticus, ut explanat Popma, sectabatur disciplinam Epicuri: sed nata sibi filia, cognoscens, se naturae impulsu sine ulla spe voluptatis aut commodi eam diligere, probavit opinionem illam Peripateticorum, *Amorem erga liberos esse naturalem*: a quibus nec Carneades academicus dissentiebat, quum optaret bene ac feliciter evenire quicquam ageret. *Si haec non est*, quae huc faciunt, legi possunt Lib. I, c. 4 de Off. et IV, 7 de Fin.

16 Nihil spurcum inest huic verbo, neque in illo παιδοποιῶμεν *(liberos procreemus)*, quod subintelligi dicunt; sed turpe id, ad quod his verbis spectabat Carneades, hoc est ad voluptatem, tamquam primum hominis finem. Etenim *frui* solum volebat, inquit Olivetus, *principiis naturalibus* (Fin. II, 11), « neque alio affectu « optabat nasci sibi liberos, quam quo cupiebat bene ac feliciter venire plantas atque arbores, quas serebat ». Prudentius tamen, quam Lucius Saufeius et Patro, qui omnia ad se referentes voluptatem non solum tamquam primum hominis finem, sed tamquam unicum spectabant, nihilque proinde liberorum causa agebant.

17 Castigavit Victorius *pudentius*, et praetulerunt Malaspina et Graevius, qui τῷ *spurce* opponi putabant. Verum *prudentius* recte defendunt Lambinus et Popma, referturque ad seqq. Imprudentes nimirum Saufeius et Patro ceterique Epicurei, qui non intelligebant, se de callido homine loqui potius, quam bono, quum dicerent etc.

18 Edd. Vict. Lambini, Grut. et Graevii *quum omnia ad se referant, quicquam alterius causa fieri putent?* Edd. Aldi et Crat. *q. o. ad se r. q. alterius causa fieri non putant.*

19 Quum dicant virum oportere esse bonum et strenuum, ne malum ab aliis patiatur, non quia esse virum bonum natura sua sit rectum; non intelligunt se his verbis constituere naturam viri callidi, qui omnia ad suam utilitatem trahit potius, quam boni, qui propter virtutem ipsam bonus est; cf. de Leg. I, 14. Mox bene *intelligunt* habet Amb. 17 cum Aldo et recentioribus nonnullis. Alii cum Malaspina *intelligant.*

20 De re publ., cuius libro III, c. 27 haec Maius inseruit.

21 Lamb. *commodum.*

22 Aldus *eam esse*; sed infra § 8 *in qua est.* Mox ex coniectura Ernestii edidit Schützius *quum eam mihi — reddidit.*

23 Quem Cicero postulabat; ep. CCLXXXV init.; et potissimum ep. CCLXXXI, 4, ad quam hic locus de Bibulo refertur.

24 Bene sic scribendum monuit Ernestius. Vulgo *amplissime*. Schütz. *Amplissima* habebant iam edd. Hervagii et Lamb.

25 Rescripsit *essent* Ernestius ex correctione Corradi, et habebat iam Lambinus. Graevius *si ea gesta sunt*.

26 Lambinus *extulit*, ex laudato loco epistolae CCLXXXI, 4, puto; et ita habet Antonianus apud Malasp.

27 Quidam libri, teste Lambino, *Puteolario*. Recte; est enim et in ep. CCLXXXI, 4.

28 Filius; ep. CCLXIV, 5. Nam pater paucis ante diebus decesserat; ep. CCLXXVI, 3. *Quid egerit*, nimirum de auctione; ep. seq., 6. Mox Schütz *et Cato quid agat*.

29 Scil. supplicationem; epp. CCLXVI et CCLXVII, 1. Aliqui delent *id*. Mox *iis literis*, de quibus in ep. CCLXXXIV, 2.

30 *Decrevit* supplent Varr. in ora exemplaris Victoriani; nimirum ex Vrsino.

31 Supple, rescribere.

32 Liberto, fortasse Philargyro; ep. CCCLVI, 2. *Corrad.*

33 A Cicerone filio.

34 Lamb. *umquam*.

35 M. Livius Drusus praetor fuit an V. C. DCXXXVII; vide Pighium ad hunc annum. Mox *in eo*, scilicet in eo servo, qui id liber factus non iuraret, quod ante manumissionem se domino suo praestiturum promiserat, si manumitteretur. Solebant domini, inquit Bosius, qui servos manumittebant, quasdam eorum operas sibi recipere, ad quas praestandas eos iureiurando adigebant. Servi autem non obligabantur valide, nisi et post manumissionem iurarent; ut tradunt Vlpianus

lib. XXVIII ad Sabinum, et Paullus lib. VII ad Plautium. Drusus ergo, quia servus suus manumissus noluerat iurare, quae ante manumissionem promiserat, manumissionem irritam dixit; sic et Cicero Chrysippum et Philargyrum negat se liberos pronunciasse.

36 In libertatem. Porro adesse coram praetore debebant, praeter vindicem, qui scilicet servum manu captum in libertatem vindicaret, et sibi addiceret, dominus, scriba et testes.

37 De quibus in ep. CCLXXXIV, 2.

38 Sic explano: Parthi, a quibus maxime timebamus, quum repente discesserint, faciunt, ut nihil mihi iam magnopere timendum putem, quum videam, solere ea, quae magnopere timeantur, quandoque ad nihilum recidere. *Manut.*

39 Discesserunt a Bibulo, qui Parthorum adventu metu exanimatus fuerat.

CCXCIV.

1 Lamb. *in Herculanum*: Non bene, quia oppidum est Herculanum. Vitiose libri veteres aliquot *Aesculanum*, aut *Aeculanum*; edd. Aldi et Hervagii *Tusculanum*; qui fundus nimis a Trebulano Pontii distabat, ut his literis, quas in illo fundo prope Romam accepisset, respondere a Trebulano trans Vulturnum posset.

2 Indicabant enim Atticum e febri convaluisse; ep. CCLXXXII, 1. Ceterum dixit alias tantum *quod erant abs te.*

3 Vitae practicae, non otiosae, ut Epicurus, auctori; ep. XLII, 2. Ergo et provinciarum administrationem, tamquam vitae practicae partem laudabat Dicaearchus. Edd. Iens. et Herv. *de Dicaearcho mihi.*

4 Edd. Vict. et Lamb. *te approbante* sine *et*, Aldi et Herv. *et approbatum a te.*

5 Annum integrum explevit Cicero in administratione Ciliciae (ep. CCLXVIII, 1); quod si ultra annum, et quoad utilitas sua postulabat, in provincia non fuit, culpam se non sustinere dicit, quum senatus nullum decretum ediderit, ut diutius in provincia maneret. Vtile autem fortasse fuisset Ciceroni manere, ne in flammam civilis belli (epp. CCLXXXIV, 2, et CCCI) incideret.

6 Nimirum me ex provincia tempore praefinito discessisse, opportune dicitur de hoc meo discessu. *Popma.* Proverbium, quo utitur etiam ad Silium ep. DCLXXIV. Mox adverbium *saepe*, quod aberat a vulgg., addidit ex Torn. Dec. et Crus. Bosius.

7 Schützius post Ernestium *approbabas.*

8 De re publ.

9 Pro hoc ipso tempore; similiter *nunc ipsum* est infra ep. DLXVII, 3. *Ernest.* Mox *rem tantam*, triumphum; ep. super. 5.

10 Qui enim de triumpho cogitat, ambit ad gratiosorum suffragia captanda; qui vero libere loquitur, aliquos offendat necesse est. Id significat in ep. seq. 2: *Ne ante in senatum accederem, quam rem confecissem; ne dicendis sententiis aliquem tribunum alienarem.*

11 Nam ad id, quod vel mihi utilius esse, eo quod tutius sit, vel etiam rei publ. prodesse putas, me scilicet esse cum imperio, id coram considerabimus. *Esse cum imperio*, ac proinde extra urbem, neque senatus consiliis communicare.

12 Edd. Aldi, Silberi et Herv. *assentior*, ex consuetudine Ciceronis.

13 Caesarem.

14 Legatis Caesaris. Historiam ignoramus. *Ernest.*

15 Minervae statua, quam in exsilium proficiscens, in templo Iovis Capitolini posuit cum hac inscriptione: CVSTOS VRBIS. *Manutius.*

16 Volcatius Tullus et Ser. Sulpicius, homines consulares, qui se neutram in partem valde iactabant. *Manut.*

17 Nunc contra Caesarem. *Isto ipso*, Caesare, an. V. C. DCXCIV; vid. epp. XLV, XLVI, aliasque illius anni.

18 Hoc est, proximo a consulatu Caesaris, quo exsulare coactus est.

19 Per vim; quia C. Trebonius tribunus pl., qui legem ferebat de prorogando in alterum quinquennium Caesaris imperio (ad ep. CCXCII, 2), M. Catonem legi obsistentem in carcerem duxit. *Manut.*

20 Cf. cum ep. CCXCVIII, 4.

21 Pompeio. Sic recentiores inde ab Ernestio. Nomina in *vis* utrumque in *i* et *e* ablativum mittere defendit Malaspina ex Prisciani lib. VII, et Q. Palaemone. Mox vulgo *in uno civi res ad resistendum sit*; Ambr. 17 *i. u. civi vires ad resistendum sit*; in quo syllabam *vi* τοῦ *vires* etsi posset aliquis stultam iterationem ab antec. τοῦ *civi* putare; ego tamen opinor potius eam absorptam fuisse. Vulgatum *res* exponit Popma facultates, opes; quod viris doctis non probavit. Aldus, Victorius *res pub.*, Hervag. *res publ. ad resistendum imbecilla sit*, *quae* etc. Lamb. *spes rei publ. posita sit*; Gronovius corrigebat *vis*, et Ernestius *spes*, quod Schützius et Clericus ante nos receperunt. Quamquam et lectio codicis Amb. non displicet; praesertim quum in ep. CCLXV, 2 ipse Cicero scribat: *Omnes vires civitatis se ad Pompeii ductum applicuerunt.* Tum *qui mallem — non dedisset* Malaspina ad Pompeium refert, nimirum: mallem Pompeius non dedisset Caesari etc.

22 Hoc est, non quaeram, ubi tutius esse possim, sed

quod honestius erit. Putant interpretes hoc esse e veteri aliquo Tragico.

23 Vid. ep. CCLXXXIV, 2, not. 19. Σύντομα, *paucis* respondebo. Mox praenomen *Cn.* abest ab ed. Ro; idque brevitati aptius videtur. Tum eadem ed. *assentiar*; Graevius *assentio*.

24 Idest ad partes illas; eleganter dictum. Sic mss. *Iunius*. Receperunt Ernestius, Schütz et Clericus. Aldus *illic*, vulgo *illac*.

25 Praenomen *C.* abundare suspicati sunt Corradus, Manutius et Ern., et esse potuit a prima litera nominis seq. *Cassio*. Nam *C. Cassius* Pompeianus fuit. *Q. Cassius* corrigebat Corradus.

26 Causam iustam non habet causa Caesaris; paullo exquisitius.

27 Aldus *omnes debent*; Iens., Silberus *omnis debet*; Lamb. *omnes convenit*; ex glossatore omnia.

28 Libri nonnulli *nunc vero etiam*.

29 De provincia decessit, administrandi potestate terminata. *Veientonem*, quaestorem suum. *In decedendo*, sc. in itinere ad urbem.

30 Amplissima XX dierum supplicatione; ep. sup. 6. In seqq. *iis se solis non invidere* negationem delebant iam Malasp. et Lambinus, mutabat in *nunc* Bosius, reponebant Popma et Graevius consensu librorum omnium; iterum nunc delet Schütz., qua utique deleta aptior communi sensui sententia erueretur. Non omnino ineptam tamen, negatione manente, exculpere tentavit Graevius: Catonem, nimirum, ostendisse, se iis solis non invidere honores, quorum dignitatem illi non possunt amplificare: quibus quidem decernuntur honores, sed qui tamen nihil faciunt ad dignitatem augendam; quia non meritis eorum illos tribui, sed amicorum potentium ambitioni norunt homines.

31 Lambinus *ad privata igitur venio.*

32 Ed. Hervagii *ut ille me a sententia moveat;* quod eodem pertinet. *Sententiam*, sequendi Pompeium.

33 Quod ob amicitiam Curionis, et odium Appii a re publ. defecerit. *Manut.* Vide ep. CCCLXXXVIII.

34 Sic Victor. e cod. sui vestigiis castigavit, et sic habet omnibus plane literis scriptis cod. Tornaes. *Ei*, Caelio intelligendum, cui vici Lucceii, praetoris imperio quavis de causa adiudicati sunt. Vett. libri partim *Eruci Lucceis*, partim *ei vici Lucceii*, alius *quod eunti Lucceii*, alius *quod eunci L.*; ex quibus Corradus coniecit *eius vici Lucceis sint addicti*, Iunius *quod ei Intimelii* (vel *Intiminii*) *s. addicti*, Tunstallus *quod mei vicini Lucceii sint addicti*, hoc est praedia Lucceii, Tusculano meo vicina, debitoribus addicta sint. Manutius etiam emendavit *cuncti lucellis s. a.*, quod seqq. *te praetermisisse* non convenit.

35 Vide epp. CCLXVIII, 2 et CCLXIX, 1.

36 Illud pecuniae. *Manut.* Tum *in Tusculano,* ante, quam in provinciam proficiscerer.

37 Negligentiae; tum *negligentes*, in re familiari.

38 Serperastra proprie sunt adminicula, quae cruribus puerorum primum ambulantium alligantur, ne ii vari aut compernes fiant, dicta a sirpando, h. e. ligando, unde *sirpulae* apud Varronem de L. L. Ideo fortasse scribendum *sirpirastra.* Hoc autem nomine Cicero hic notat praefectos cohortis suae, hoc est, legatos, quaestores, tribunos et alios, quos secum duxerat, quorumque opera in coërcendo exercitu, et regenda provincia utebatur, quod illi eorum, quibus praeerant, vitia corrigere deberent, ut serperastra crurum distorsiones. Eos tamen Atticus audierat pessime se gerere, et ad omne nequitiae genus dilabi; ideo scripserat Ciceroni, ut ei malo mederetur. *Bosius.*

39 Victorius *vitae, integritatis meae.* Vitium aperit editio Ro., quae legit *in te integritatis.* Ex primis duabus syllabis inculcatis aliqui fecerunt *vitae*; quam vocem Man. et Graevius iam ex libb. Besarionis, Ball. et Helmst. delevit.

40 Minimum omnium. Mescinium intelligit Corradus et Ernestius, de quo ita scribit epp. CCLXIV, 1 et CCLXVIII, 1, ut ad eum hoc referri possit.

41 *In animum induxerat* scribendum videbatur Ernestio. Non tamen necessario; nam saepe occurrit apud probatos scriptores *animum inducere* cum infinitivo pro *sibi persuadere*; qui infinitivus pariter hoc loco subauditur; sic: *id, quod animum induxerat paullisper tenere, non tenuit.* Vide Indicem in *Inducere.*

42 Testamentum; ep. sup. 3.

43 Quae heres debebat testamento patris; ep. CCLXXVI, 3. *Manut.*

44 Apprime dictum. Erat enim prodigus; ad ep. CCLXIV, 5.

45 Quum, inquit, omnia, quae ad portam Flumentanam sunt, Caelius Puteolanus (orat. pro Caelio c. 2) emerit; nescio, cur ego contra, omnia, quae Puteolis sunt, non emam: si modo ab Hortensio filio in auctione vendentur. Et per iocum: Homo puteolanus portam urbis occupavit, cur ego Puteolos non possim? *Manut.* Extra iocum, praedium aliquod prope portam Flumentanam alii intelligunt. Aldus, Vict. Herv. Lamb. *non faciam meos.*

46 In ep. CCLXXXII init.

47 Varr. mss. Aldinae, et ed. Silberi *hoc in.*

48 Amb. 16 *fabulae*; h. e. comoediae.

49 Videtur dicere debuisse *dissolveris.* Sed ζήτημα ad rem pecuniariam pertinet, et ad pecuniam debitam Caesari; itaque iocose dixit *persolveris*; cf. ep. CCXCIX extr. *Ernest.*

50 Caesar.

51 Qui cum Caesare erat, eique familiarissimus.

52 Supple, decedere; de qua supra ep. CCLXXXIV, 2.

53 Scilicet, pecuniae, quod Caesari debeam; ad ep. CCI, 3.

54 Scilicet Pompeianorum aliquis, si languidius rem publ. adversus Caesarem defendam, mihi obiiciat, id me facere, quod ei pecuniam debeam; aut pecuniam Caesar repetat, si fortius? Schützius de sententia Ernestii *aut ille repetat, si fortius?*

55 Balbum, cui patria Tartessus. *Exeunti*, nimirum e senatu, et supple *dicturum*. Si libri aliquot habent *exeunti urbe*, dandum est negligentiae librariorum, qui *urbe* pro *iube*, vel utrumque scripserunt.

56 Lamb. *curari.*

57 Dolabella; epp. CCLXXIII, 2 et CCLXXVI, 1. Initio capitis rescribe *Num quid superest*, vel cum Lamb. *ecquid s.*

58 Abunde. *Ferenda*, scil. rei familiaris prodigalitas in Dolabella.

59 Hoc est, quales esse inquirendo cognoverimus, qui Tulliae nuptias expetebant.

60 Sic Bosius e mss. Hoc est, me divitem esse vel fieri putant, ideoque dotem grandem quaerunt. Sic in Verr. II, 17; III, 31 *pecuniam facere*, id est aggerare; Quintil. X, 3, 3 *vires facere*, h. e. parare, colligere; et Phaed. III, 7, 5 *corpus facere*, h. e. pinguescere. Prae aliis Terent. Adel. II, 2, 12 *numquam rem facies;* et Vlpian. in L. Iul. D. ad exhibendum. Vulgatum olim *reum me facere* iam suspectum Manutio fuit, quippe nullum est aliud huius rei vestigium, nimirum fuisse tum, qui Ciceronem repetundarum accusare vellent, ne dum id procos Tulliae a Cicerone repudiatos ultionis causa facere voluisse.

61 Nemo iis pecuniam crederet. *Schoenb.*

62 Ep. CCLXXXVIII.

63 Edd. Iens. Herv. Lambini *Data*, explanate. *Ex Trebulano*, ad quem iam deverterat in provinciam proficiscens; ep. CLXXXV, 1.

CCXCV.

1 Romam scilicet, ubi Atticus tunc temporis morabatur.

2 Manutius, quem secutus est Schütz, *tum sane plenum* etc. Id habet etiam ed. Iens.

3 Ne tantum, ut libertinum, laudem: nam istae virtutes cadunt in libertinum (ut erat Dionysius): addam laudem e genere maiori: vir bonus est, sensu scilicet latino. *Ernest.* Buherius ad Tusc. III, 8 legendum proponebat *ut libertinum.*

4 Abest *fortasse* ab edd. Ro. et Herv. At Lambinus *fere.*

5 Rarum dicendi genus. *Suscipere partes meas* usitatum est, et id quoque hoc loco dicere poterat; se pro re mea facturum, quae ipse non possem. Sed dixit *suas*: quam alias *partem virilem* dicunt Latini. Igitur dicit, se pro virili laboraturum pro triumpho meo. *Ernest.*

6 Quam triumphum obtinuissem. Erat enim periculum, ne Cicero sententiam contra Caesarem dicendo (ad ep. CCXCIV, 2) tribunum aliquem Caesari studentem alienaret, atque ita triumphum amitteret.

7 Lamb. *iudicio et officio.* Mox *prolixius* est liberalius.

8 Caesarem. *Manutius.*

9 Romam. Fuit tunc temporis Caesaris legatus in Gallia Mox ed. Ro. *qui esset sibi familiarissimus.*

10 Propter quam venerat. *Corrad.* Mox *Scipionem*, Socerum Pompeii; ad ep. CCXI, 6. Tum castigavit Mala-

spina ex libris vett. *venire*, quum antea legeretur vulgo *venisse*.

11 Caesarem.

12 Facultatem alterius consulatus habendi. Nam decem tribuni pl. tulerunt, ut absentis ratio haberetur; epist. sup. 2. *Corradus*.

CCXCVI.

1 Patris aegrotante; ep. CCLXXXV et seqq. ad CCXCIII, 3.

2 Edd. Iens. Aldi et Herv. *Mirabilis utilitatis fructum*; inepte. Fuit, puto, scriptum *mirabilis utilitatis* pro *mirabiles utilitates*; id magister putavit esse casu patrio, addiditque pro complemento *fructum*.

3 Addo *suam*, ut oppositio τῷ *meum* appareat.

4 Varium in libris nomen, *Lusgenio*, *Luscenio*, et *Tuscenio*, ex quibus alius *de eius ingenio*, ut de Tirone sermo adhuc sit; alius *Lucieno*, ut de Q. Lucieno intelligeretur, Attici amico (Varro R. R. II, 5 et 7), emendavit.

5 Obviam Quinto Ciceroni eius marito.

6 Ep. CCXCIII, 7.

7 Cogito nimirum venire. Frequentiam Cicero desiderabat, ut qui de re publ. maxima minima scire avebat, quaeque de triumpho suo spes esset.

8 Regionem ad summam Pomtinae paludis partem. Emendavit ex Dec. Bosius. Olim *Pomtinum sumam*.

9 Vt putant ipsi boni, an alii? Alterum puto; atque hoc modo est pro *ut putatur*. Olim legebatur *ut putavi*, Lamb. *ut putat*, vitio, opinor, operarum.

10 Per Campaniam oblectationis causa, quum eius opera et consilio ob negotium Caesaris senatus maxime indigeret.

11 Verissime; nam si Caesar non fuisset, ipse Pompeius praelio Pharsalico victor tyrannus exstitisset. Edd. Iens. Aldi, Herv. Lambini *tyrannis existet.*

12 Considerabimus, vel agemus; quod aliquando etiam addere noster solet. Mox Ball. et Helm. apud Graevium *plane nihil est, quod* etc.

13 Sc. non habeo quicquam, quod scribam; non de re publ., quia uterque nostrum scit eadem; non domestica, quia nota sunt ambobus.

14 Caesar; sic *illi* et *ei* infra.

15 Postulabat, ut etiam absens consul fieret, et exercitum non dimitteret; epp. CCXCIV, 2 et CCLXXXI, 1.

16 Nec prius sententiam meam proferam, quam triumphum obtinuerim, aut abiecerim, ne, si sententiam prius dixerim, tribunum aliquem alienem; ep. sup. 2 et CCXCIV, 2.

17 Lambinus *et aliquando ἀποτρίψαι.* De quartana iam in ep. CCLXXXII, 1.

CCXCVII.

1 Correxit Ernestius, et habebat iam Lambinus; olim *quid exspectem.*

2 Plus postulat, quam credebamus. In duobus Ambr. aliisque, atque in antiqq. edd. legitur *est illa quidem impudens postulatio.* Muretus aliique multi vocem illam *impudens* expunxerunt. Nescio, quam bene. Est enim in ep. CCC circa fin. *quod impudentissime postulat;* et id ipsum in ep. CCCXIV.

3 Amb. 17, Land. et edd. Ro. et Victorii *resistam.*

4 Neque enim hoc maius impendet malum. Hom. Odiss. XII, 209; ubi legitur οὐ μὲν δὴ τόδε μεῖζον ἔπι κακὸν, sed γὰρ scripsit Cicero nexus causa. Vulgo autem editur

νὺ γὰρ ἂν τόδε μεῖζον ἔπι κακόν. *Schütz.* Ἔπι pro ἔπεστι, inquit Eustathius ad hunc Homeri locum.

5 *Sed* est hoc loco obiicientis. *Ernest.* Infra statim correxit *at* Malaspina; libri multi *et quodammodo*. Malum est rei publ., dicere idem, quod Pompeius; at permagnum, me a Pompeio optime de me merito dissentire.

CCXCVIII.

1 Quod ad me magis proprie pertinet. Sic cum Corrado et Schützio ex Aldo et P. Manutio placet. Alii *puto* et *puto tu*, vel *puta tu*; alii *putato*; aliqui etiam *peccato*. Lambinus corrigebat *putidius*.

2 Hoc est, retractatio; epp. XXXV, 1 et CVI. Retractare non possum, quod tibi superiore epistola dixi.

3 Quum gratias mihi non egit, ut debuit, et male etiam locutus est; ep. seq. 1. *Corrad.*

4 Quoad in aerarium reponenda fuit. Infra Lallem. *menses XIII.*

5 Pomtinius fuerat unus de Ciceronis legatis in administratione Ciliciae; ep. CXCI. Legati autem ceterique proconsulis ministri extra urbem plerumque manebant, ut triumphum ornarent. Pomtinius vel quia fortasse aegrotabat, vel quod privatus sciret Ciceronem ob Caesaris machinationes non triumphaturum, urbem ingressus est.

6 Pompeii. Tum *familiae,* iterum Pompeii compitalia celebrantis. Sic habent Tornaes. et Crusell. apud Bosium. Nostri cum edd. pr., Aldo et Vict. *in Albanum venire molestus familiae.*

7 Triumpho, ut ep. CCLXXXV init. *Per suos tribunos,* a partibus Caesaris stantes. Adiectivum *suos* non agnoscunt edd. Iens. Aldi et Herv.

8 Ciliciae imperium nondum Cicero deposuerat, quippe triumphum postulabat.

9 Vt possit aliquem in Siciliam mittere. *Corradus*. Immo imperium meum; quod retinere decrerat donec triumphasset. *Graevius*. Pro Corrado tamen pugnant seqq. *qui me magis — mittat?* Libri olim *refert*. Mutarunt Lambinus et Iunius.

10 Vrbem statim ingrediar abiecto imperio, et triumphandi consilio; ad ep. CCXXII init.

11 Ad ep. XLV, 3 not. 14.

12 Sed id ita intelligo, ut ordinem in re publ. nullum bonum putem: nam singuli boni viri adhuc sunt, qui ea non probant, quae fiant, ut hoc loco, quod provinciis non decernuntur magistratus. *Ernest.*

13 Sustinuisset repugnare senatui, si, quum de successoribus in provincias mittendis senatus decrevisset, decrevisset etiam, eum contra rem publ. facturum, qui senatus consulto intercessisset. *Cum eo agi*, contra eum SCto agi, ut intercessionem tolleret.

14 Land. et ed. Ro. *Caesaris*.

15 Caesaris, qui etiamsi tempus proconsulatus sui a lege definitum transierit, exercitum retinet; conf. ep. CCC extr.

16 Etiamsi exercitum dimisisset. *Ernest.* Tum *illud unde datum est*, nimirum ut et *retinentis exercitum* ratio haberetur.

17 Per vim; cf. ad ep. CCXCIV, 2, not. 19. Sic ep. CCC ante finem: *Tenuisti provinciam per decem annos — a te ipso per vim et per factionem datos*. Particula *enim* abest ab Aldo, quod interrogationi aptius est. Mox Lambinus *Placeat igitur;* minus apte. *Placet* dictum est εἰρωνικῶς.

18 Periisse rei publ., in cives divisum; ep. XLII, 1. *Patri-*

cium, Clodium; ep. XXIII, 6, XXIV, 5 et XXXVI, 1. *Gaditanum*, L. Cornelium Balbum a Theophane Mitylenaeo (pro Corn. Balbo c. 25) adoptatum eo tempore, quo Caesar et Pompeius contra rem publ. coibant. Haec et superiora in actis Caesaris numerantur.

19 Alter legatus, alter praefectus fabrûm Caesaris in Gallia, uterque valde ditatus liberalitate Caesaris. Nam et Labienus oppidum Cingulum in Piceno condidit (Caes. Bell. Civ. I, 15), et Mamurra primus Romae parietes crusta marmoris operuit totius domus suae in Caelio monte; Plinius XXXVI, 6. Eum foede perstringit Catullus carm. XXIX. *Balbi horti*, quos nimirum Balbus cum Tusculano praedio a Caesare accepit.

20 Ex Galliis, quae equitatu maxime pollebant. Infra edd. Ro. Aldi, Herv. Lamb. *plebs urbana*.

21 Habenda absentis ratio in petitione consulatus ex lege a decem tribunis pl. lata. *Manut.*

22 Nempe paci studere.

23 Caesarem. Atqui clementiam Caesaris victoris praedicant auctor orationis pro M. Marcello, et facta illius multa, et ipse Cicero in ep. CDLXX, 2.

24 Ep. CCXCIV, 2 circa fin. Mox edd. Ro. Victorii, Herv. *assentiar*.

25 Apud Romanos pueritia usque ad annum circ. XVII extendebatur, quam aetatem plus minus agebat certe tunc temporis Alexis, quum Attici scriba esset; epist. CCXXVIII, 4.

CCXCIX.

1 Ernestius correxit et edidit *quid opus erat* cum Schützio.

2 In quem scilicet te quartana corripiet; ep. sup. 3.

3 Praesertim mulieris testamento: quasi magis licere vi-

deatur mutare nomen, quum a viris adoptemur. Dolabellae vero eo minus licet, cui non omnia bona, sed nonam partem dumtaxat Livia legaverit. Erat enim in triente cum duobus coheredibus, ut ad eum quasi triens trientis; idest trientis tertia pars pertineret. Accedit illud, quod ex patricio plebeius fiebat. *Manut.*

4 Non hic de philosophia cogitandum, sed est *diligentius*, *accuratius*. Ernestius.

5 Nam si parum quaestuosus sit ille trientis triens, auctor non ero Dolabellae, ut nomen mutet, immo quominus id faciat ipsum dehortabor; sin opimus et fructuosus erit, conabor illi persuadere assumendum esse nomen testatricis. Pendebat ergo tractatio philosophica huius quaestionis ex trientis aestimatione. *Bosius.*

6 Accipio simpliciter pro aede Lavernae Deae, ut Dianium, Minervium, et similia Latinis appellantur. *Iunius.* Vbi autem sit, otiosum puto quaerere. *Popma.* Bosius et Gruterus, quod in libris aliquot legitur *Laverņum*, corrigunt *ad L. Avernum*; sed lacus Avernus, ut iam monuit Popma, longissime distat a Formiis, et est ab instituto hoc itinere devius.

7 Caesar; ep. sup. 4.

8 Contra se scilicet consulatum petentem.

9 Quam simulat Caesar.

10 A prima adolescentia (Pompeii) post XVI annum finitum. *Manut.* Ad ep. CCXXVIII, 4. *De damnatis*, a Pompeio III cons. *Terror armorum*, a Pompeio, ductis in urbem legionibus, ut Manutius exponit. Quod Caesar etiam illi obiicit B. Civ. III, 1. Consule exordium Milonianae orationis. Causam querelae exponit Plutarchus in Antonio fuisse, quod legiones duas a Caesare missas ad bellum Parthicum Pompeius retineret.

11 Pompeius. *Facturum esse ipsum*, Caesarem.

12 Ipse M. Antonius (ep. CCLXXVI, 4; Phil. II, 20; Hirt. B. Gall. VIII, 50), qui hoc anno tribunus pl. erat. *Infirmus*, cf. Phil. II, 20.

13 Mss. *ex illa autem sententia ira* (Amb. 16 *nif*) *relinquendae urbis*. Ex *ira* aliqui fecerunt *ita*; editio Iens. neutrum habet. Pantagathus corrigebat *Mea autem sententia non relinquendae urbis*; Lamb. *Illa mea sententia non r. u.*, Ernestius *Illa autem sententia non r. u.*, quod Schützius recepit. Sane *ex* etiam Lambinus vidit potuisse nasci e praecedente *est*, et *ita* seu *ira* ab extremis literis vocis *sententia* vel depravatis vel praepostere collocatis; sed *non* qua auctoritate introduxerit Pantagathus non video; etsi scio Ciceronem semper sensisse, urbem non esse relinquendam. Quid si de sententia ipsius Pompeii accipias, quam scilicet Pompeius olim iecisset relinquendae urbis, a qua tamen nunc decedere cogitet?

14 Ep. CCXCIV, 8. *Instrumentum*, sic dicitur in genere id omne, quo res aliqua instruitur, subsidium, copia, opes.

CCC.

1 Paediani verba haec sunt in Miloniana: *Via Appia est prope urbem monumentum Basilii: qui locus latrociniis fuit per quam infamis*. Manutius. *Basili* dedimus cum Graevio, quod multi mss. teste Malaspina, et Amb. 16 habent, et vulgato *Basilii* idem Malaspina praeferebat. Tum Ernestius putat legendum *dispoliatus*, ut alibi.

2 Consequens est in verbis: *quod horum malorum*. Ernest.

3 Ambb. 16, 17 et edd. Ro. Iens. Herv. *si id ei non p.*

4 Non patiatur scilicet haberi comitia Caesar, parando tribunum aliquem, qui se opponat. *Tamen quiescat*, scilicet ab armis abstineat.

5 Caesarem autem ad arma venire aut statim, quum nos scilicet imparati sumus, aut post, quam amici eius postulaverint, ut in comitiis ratio eius haberetur, et non impetraverint.

6 Reprehensus et contumelia affectus a censoribus. *Circumscriptus*, iure ac potestate sua imminutus, vel impeditus.

7 Ad Caesarem, ut M. Antonius et Q. Cassius; ep. seq. 2; Caes. B. Civ. I, c. 5. *Corrad.* Infra Ald. et Herv. *ille a commeatu — intercludendus.*

8 Amb. 17 *descendit.*

9 Tunstallus, ut ad Pompeium pertineat, corrigit *putat*, et sic revera statim infra *magnum malum putat aliquis.* Nec Ernestius dubitavit recipere. At nulla hic necessitas nos cogit hoc de Pompeio accipere contra libros.

10 Sic ante Schützium reposuit Ernestius, recepitque Clericus pro vulgato *istuc ipsum sic, o magnum malum.* I. F. Gronovius corrigebat *i. ipsum sicut est m. m.* Mox *putat aliquis* ad Pompeium refertur. Sic habet ed. Ro. et Victorii, quod Ernestius reposuit. Graevius *putet aliquis.*

11 Amb. 17 *inquit,* ut iam coniecerat Ernestius, quod haec non sit oratio Attici, contra cuius sententiam disputatur, sed Pompeii, de quo ante bis est *putat.* Malim ego ad Atticum referri, quum statim sequatur *quid nunc putas,* ut Atticus ipse de sententia rogetur.

12 Absque dubio Pompeio eundum erit in Hispaniam, hoc est in provinciam suam; epp. CXCVIII, 3; CCXXII, 3.

13 Quippe minus malum in rebus perditis. Mox Schütz pro vulg. *iam iam* rescripsit *etiam*, quod probo.

14 Pompeius, ut et paullo post.

15 Est in edit. Silberi *datam;* minus recte.

16 His verbis Caesarem sibi respondentem inducit Cicero.

17 Pompeius.

NOTE ALLE LETTERE

CONTENUTE

IN QUESTO VOLUME

CCLII.

1 La festa delle Terminali si celebrava il 21 o il 22 di febbraio; era una festa contadinesca, colla quale onoravasi il Dio Termine che presedea ai confini de' campi.

2 Equotutico era una cittadina nell'Apulia.

3 Trentatrè talenti attici, calcolando il talento secondo i conti fatti dagli antiquarii, darebbono quaranta e forse cinquanta mila lire. Or se Pompeo riscuoteva l'uno per cento al mese a titolo d'interesse, convien conchiudere che il capitale montasse a cinque milioni. Barthélemy calcola che trentatrè talenti equivalgano a cento sessant'otto mila lire tornesi; ma abbiam già notato che cotesti signori antiquarii meritano poca fede.

4 Anche Orazio cita il Re di Cappadocia come tipo di povertà: *Mancipiis locuples, eget aeris Cappadocum Rex.* Plutarco anch'egli ci attesta, nella Vita di Lucullo, che la Cappadocia era il paese più povero di tutta la terra.

5 Non si trova alcun cenno nella Storia romana del fatto a cui allude qui Cicerone. Forse questi è quel Glabrione che fu console l'anno 686, e il cui tutore fu per avventura Q. Muzio Scevola, pontefice massimo.

6 Cicerone parla di Salamina capitale dell'isola di Cipro. Quando Roma tolse quell'isola al re Tolommeo, vi spedì Catone per istabilirvi una regolare forma di provincia romana. Bruto andò anch'esso a quella spedizione per accompagnare ed aiutare lo zio: di qui venne che Bruto e Catone si fecero protettori de' Cipriotti.

7 Lepido, fratello di Paolo Emilio, avea sposata la sorella di Bruto: onde v'era luogo a temere che Paolo non si dichiarasse per Bruto, e lo facesse pagare con modi risoluti.

8 Nell'anno 302 di Roma, il popolo romano vedendo con gelosia il troppo grande potere che stava in mano de' suoi primi maestrati, e parendogli che la sua libertà ne patisse offesa, avvisò menomare quel potere con portare il numero de' maestrati a dieci, onde furono chiamati Decemviri; allora vennero abolite tutte le altre cariche, ma quella forma di governo non durò più di due anni.

9 Gli edili della plebe furono creati l'anno 260 unitamente ai tribuni; laddove gli edili curuli nol furono che nell'anno 386, ottantaquattro anni dopo i Decemviri. Il Flavio citató qui da Cicerone vivea nell'anno 448 di Roma: lo prova Plinio (XXXIII, 1) allegando l'iscrizione del tempio della Concordia da lui fondato.

10 Al tempo di Gneo Flavio il popolo romano, che era rozzissimo, lasciavasi, come a dire, menar per il naso dai sacerdoti e da certi legisti broglioni: questi, per rendersi necessarii, velavano le leggi con una cert'aria di mistero e d'oscurità adoperando cifre ed abbreviature; quelli, cioè i sacerdoti, s'erano tratto in mano un mezzo valido a dominare, essendosi costituiti regolatori dell'anno: perocchè bisogna sapere che Roma era allora tanto ignorante che segnava il numero degli anni con un chiodo che venía conficcato nel muro d'un tempio, e l'anno era lunare, sì che minor sempre del solare; onde, per metterli a livello coll'andare del sole, usavasi di determinare ogni tanto certi giorni che si chiamavano d'intercalazione, e a quell'ufficio s'erano preposti i sacerdoti. Ora mentre il popolo teneasi così all'oscuro di tutti gli ordinamenti pubblici, venne Gneo Flavio a levar via tutta la nebbia, e rivelò a dispetto de' sacerdoti e de' legisti il mistero de' *Fasti,* ossia del Calendario, e quel delle *azioni,* vale a dire le forme del diritto e de' processi. Di che il popolo gli seppe tanto grado, che non badando al basso suo stato (era di condizione schiavo), lo volle edile. Di questo fatto fanno parola Tito Livio, IX, 46; Plinio, XXXIII, 1; Aulo Gellio, VI, 9.

11 Il Bosio ha pensato che quest' istrione sia quel Ligurino μώμω accennato nella lettera CCXXVIII. Ma quel dotto Critico non avvertì che il passo seguente dimostra che Attico non avea ricevuta la lettera dove è citato quel Ligurino μώμω quando scrisse quella a cui Cicerone ora risponde. Ad ogni modo v'è molta probabilità che quest' orator commediante deriso da Cicerone sia Ortensio. Non so quanta fede si voglia accordare a chi affermò che l'invidia sola rese odioso quel valente oratore agli occhi di Tullio: ben so ch'egli solo vide degno di riso e del brutto nome d'istrione quell' oratore illustre, quel probo e rispettabile cittadino, di cui tutte le storie parlano con rispetto. Del resto il motto satirico che qui si accenna dovette essere ne' libri della Repubblica. In un frammento di quell' opera vediamo che nel lib. VI eran messe pungenti parole in bocca di Scipione contro i retori; e forse era in quelle sì ben delineato il ritratto d'Ortensio, che ognuno ve l' avea ravvisato.

12 Come trattasse Cicerone l'illustre suo amico Attico, lo si conosce per le maniere sempre devote, rispettose, riserbate, che vediamo nelle sue lettere; come corrispondesse Attico, s'è traveduto da varii luoghi delle Lettere ciceroniane, dove Tullio si querela sommessamente or di non aver dato risposta a sue lettere, ora di non essersi trovato presto come un amico avrebbe dovuto a' suoi bisogni, massime quando venne esiliato: ma se altrove si travede, qui si vede chiaro che Attico non adoperava modi troppo attici col suo amico, e che l'amicizia fra que' due era quella che suol essere fra un personaggio di casato stranobile e un uomo di nascita oscura e venuto su per solo proprio merito. Sappiamo dunque da Cicerone che parlando fra loro sul rimaritar Tullia, Attico avea detto, *vellem te in tuum gregem retulisses.* — Caro il mio Tullio, vorrei che la intendeste una volta: i Pisoni, i Crassipedi non hanno fatto felice la vostra figliuola; non mirate tanto alto, pigliate un genero vostro pari. — Or questo è bene parlare d'alto in basso. Ma Cicerone ingoiava tutto; il poveretto volea ficcarsi fra i nobiloni, volea essere legato con loro per amicizia e per parentela: non badò quindi al consiglio d'Attico; ebbe l'onore d'un genero

della gran casa Cornelia, il qual genero noiatosi ben presto della sua sposa, la ripudiò.

13 Non vuolsi confondere quest'Appio con Appio Clodio molte altre volte citato da Cicerone.

14 Questi è quel T. Munazio Planco Bursa fratello di L. Munazio l'oratore, a cui sono indiritte molte lettere di Cicerone. T. Munazio era stato amicissimo di Clodio, e per conseguente odiosissimo a Cicerone, il quale l'accusò, non si sa di qual delitto, e lo fece condannare non ostante che all'accusato facesse spalla il gran Pompeo (Vedi let. CLXXXI; Dio. lib. XL; Ascon. in Milon.).

15 Il tribuno Furnio avea posta una legge per la quale veniva concesso ai proconsoli della Siria e della Cilicia di tornare a Roma compiuto l'anno del governo, purchè i Parti non si fossero mossi prima del luglio. Or siccome tutto dava a credere che i Parti sarebbero venuti a' ferri tosto che fosse cessato l'inverno, così quella condizione posta da Furnio non piaceva gran fatto a Cicerone.

16 Abbiam parlato altrove del carattere affettato di Pompeo, della sua dissimulazione, e della poca finezza che mettea nell'infingersi; onde Celio ebbe a dire di lui: *solet aliud sentire et loqui, neque tantum valere ingenio, ut non appareat quid cupiat.*

17 Quel che avea bisogno di freno era il figliuolo di Quinto, il quale tenea molto del naturale di suo padre.

18 Chiamavasi *liberalia* le feste di Bacco, perchè, come ognun sa, quel Dio chiamavasi anche *Liber.* Celebravansi il giorno 17 di marzo, ed usavasi generalmente di dare in quel giorno la toga semplice, ossia virile ai garzoni (Vedi Macrobio, lib. I Saturn. cap. 4; Varro lib. V de Ling. lat.; Ovid. Fast. lib. III).

19 P. Silio Nerva che era governatore della Bitinia e del Ponto.

20 Questi è M. Nonio Sufenate, quel tribuno che fu processato per avere adoperati modi straordinarii onde aiutare Crasso e Pompeo ad ottenere il consolato.

21 Molte congetture si sono fatte onde sapere che cosa fosse quella che si desiderava a Scrofa; ma probabilmente egli era un governo per l'anno venturo.

22 Quell' *est enim lautum negotium* pare che ne dia a vedere che si trattasse di qualche ricca e splendida provincia appetita da Scrofa.

23 Nella lettera CCVII parlasi d'uno schiavo d'Attico che, fuggito dal padrone, s'era ricoverato in Asia presso certo Meragene: or quello schiavo pare che voglia essere il Terenzio nominato qui, di cui Cicerone fece ricerca indarno.

24 *Rhosus* era una città posta nel golfo d'Isso; presso a quella erano i monti chiamati *Rhosii*, fra i quali e il Tauro trovavasi una stretta chiamata *Portae Syriae*, perchè era quello veramente l'ingresso della Siria.

25 Il testo dice *in felicatis lancibus*, vale a dire in vasi cesellati con fogliami di felce: la forma di quelle foglie rendeva lodatissimo il lavoro e di gran pregio.

26 In quel codice che i proconsoli pubblicavano quando entravano al governo d'una provincia (il quale chiamavano *edicta*) soleano mettere un articolo che valesse a salvare l'interesse delle città tributarie dai duri patti che, strette dal bisogno, soleano accettare dagli esattori della Repubblica: l'articolo era ordinariamente espresso così: *pacta conventa quae nec vi, nec dolo malo facta erunt, servabo.* Di quell'articolo i pubblicani non potean dolersi, dachè in esso non era detto che quella clausola *quae nec vi* ec. fosse posta per loro; ma Bibulo non istette a' termini generali, e volle proprio nominare i pubblicani: onde quelli se ne tennero offesi assai.

27 Que' popoli che s'erano sottomessi a Roma senza aspettare d'esservi costretti dalle armi, conservavano le loro leggi, ed erano chiamati *peregrini: Dicebant peregrinum qui suis legibus uteretur* (Varro, lib. IV de Ling. lat.). Or le parole *peregrinis iudicibus* di Cicerone significano giudici non romani, ma appartenenti a qualcuno di que' popoli aventi il diritto summenzionato. Questo vuolsi osservare onde non cada che alcuno leggendo la versione pensi che i giudici posti nelle terre di Grecia fossero persone venute dalla visita di luoghi santi.

28 Cicerone accenna que' giudici che Pompeo aveva eletti, sendo console la terza volta.

29 Il termine *sutorius* significa colui che è stato ciabattino, come *praetorius* e *censorius* significa persona che fu pretore o censore. Questo è il senso ovvio; ciò non pertanto alcuni hanno immaginato che Turpione avesse fra i suoi schiavi de' ciabattini, e che traesse profitto da' loro lavori, come Attico traea profitto da certi suoi schiavi che sapeano scrivere, e facea loro copiare libri che poi vendeva. Ad ogni modo, giacchè parlasi di ciabattini saliti in carica, sta bene citare Alfeno Varo il quale, imperando Augusto, divenne console, e lo alzò a quel grado la conoscenza che avea delle leggi.

30 La parola *manceps* vale *rivenditore*: ma siccome il rivendere non è mestiere che invilisca, come Cicerone intende di voler invilir con quel *manceps* il nome di Vezzio; così è mestiere notare ch'egli alluda a que' bassi rivenditori di commestibili i quali colle vili loro mene fanno che l'annona rincari. Di costoro parlò Plinio (XXXIII, 4) quando disse *aut aliquis prevalens* manceps *annonam flagellet.*

31 Servilio era soprannominato Isaurico, e avea comandato in Cilicia.

32 Se oggi uno trovandosi sull'argomento dell'avarizia rapace, esclamasse: *quid non mortalia*... non bisognerebbe che dicesse di più, dachè ogni intenditore nel suo pensiero compirebbe la famosa sentenza virgiliana; così quando Cicerone disse μηδὲν αὐτοῖς, sapea benissimo che Attico sarebbe corso colla mente alle altre parole che contenevano il resto di quel proverbio greco; ma quel proverbio ora è andato fra le cose dimenticate: sicchè questo è un di que' passi che non si ponno nè intendere nè volgarizzare. Non per tanto gl'interpreti han voluto indovinare quel detto elittico, e il Manuzio lo cangia così: *nihil ipsis tribuo*; e il Mongault, *je ne leur fais aucune confidence*; l'Ernesti, *nihil concedo contra ius cum iniuria aliorum.*

33 Pare che Scipione avesse detto ad Attico che la statua nominata da Cicerone ne' suoi libri della Repubblica non fosse altrimenti del secondo Africano, come Tullio aveva affermato, ma sì dell'altro Scipione, soprannominato Nasica, che era bisavolo dello Scipione suocero di Pompeo, il quale chiamavasi Metello, per essere stato adottato da Metello Pio.

34 La Dea *Ops*, che più comunemente chiamasi *Rhea*, era moglie di Saturno. Sotto questo nome i Romani adoravano la Terra, e T. Tazio fu il primo che le fabbricò un tempio.

35 Il tempio di Polluce era nel Foro, e fu fabbricato l'anno 257 da A. Postumio dittatore.

36 I Romani teneano in un anello il marchio onde si servivano quando voleano sigillare alcuna cosa, e questo marchio non era comune a tutto un casato, come sono i nostri stemmi gentilizii; ogni persona aveva il suo.

37 Scipione Nasica fu detto Serapione, perchè somigliava moltissimo un certo schiavo che portava quel nome (Val. Mass. IX, 4). Per la cagione stessa Lentulo fu soprannominato Spintere.

38 Non è qui il luogo di dir molte parole a spiegare la differenza che passava presso i Greci tra la commedia antica e la nuova: basti il dire che l'antica metteva in iscena personaggi esistenti, e la nuova soltanto i caratteri; quelle d'Aristofane erano del genere antico, quelle di Menandro del nuovo. Terenzio imitò queste.

39 Ateneo e Polluce accennano un trattato d'Eratostene sulla commedia, e fu sicuramente in quell'opera ch'egli smentì il fatto che Alcibiade avesse gittato in mare Eupoli.

40 Duri di Samo fu uno storico che visse a' dì che regnava Tolommeo Filadelfo, e scrisse le Storie de' Greci e de' Macedoni.

41 Zaleuco fu, a detta d'Aristotele, discepolo di Talete. Di lui parlano Eliano, Diodoro Siculo, e soprattutti Valerio Massimo, il quale lo attesta legislatore dei Locri: sì che bisogna concludere che le parole di Timeo non fossero abbastanza gravi per tor via la pubblica opinione intorno a quell'antico personaggio.

42 I Locresi, venuti con Aiace d'Oileo dai dintorni del monte Parnaso in quella parte d'Italia che era chiamata la Magna Grecia, quivi fondarono una città chiamata Narizia; erano soprannominati *Epizephirii*, ed avean tanta voce di mancatori di fede, che soleasi dire *fides locria* ad accennare *fallacia* (Vedi Strabone, lib. X).

43 Cicerone dice qui *familiaris tuus* nel senso medesimo onde

nella lettera XLII dice *Dicaearcho, familiari tuo, cum Theophrasto, amico meo.*

44 Gli Scipioni appartenevano alla casa Cornelia.

45 Il Chersoneso è la nota penisola di Tracia.

46 Quel *de pantheris foede* accenna la pretensione di Celio che Cicerone costringesse i Cibirati a fare una caccia di pantere, onde averne esso il bisogno pei giuochi che dovea dare. Abbiam notato altrove quanto fossero costosi que' giuochi splendidissimi che davansi dagli edili al popolo quando entravano in carica; abbiam detto che siccome l'edilità era la porta delle cariche, così premeva a chi volea battere quella via di farsi amico il popolo onde avere poi i voti pel consolato, dopo il quale venía il governo d'una provincia, il qual compensava con usura le spese de' giuochi; ma intanto bisognava farle necessariamente e rovinarsi. Or alcuni edili immaginarono di menomare quelle spese col far costringere gli abitanti delle provincie ove si poteano trarre le pantere a farne caccia come per ragione di pubblico servigio. A questa ingiustizia molti proconsoli davano mano senza scrupolo; ma i pochi che amavano l'equità ricusavano di dare quest'indebito carico ai loro governati: così fecero i due Ciceroni; e Quinto che non avea nè arte nè grazia nel suo procedere, si fece per questa causa nemici gli edili quando fu proconsole in Asia.

47 Celio, seguendo il costume de' giovani che voleano battere la strada delle cariche, s'era fatto conoscere coll'accusare molti cittadini di pubblici delitti, de' quali uno fu C. Antonio.

48 Sebbene Cicerone non volesse che Celio ottenesse l'intento suo per quella non giusta via, l'appagò non per tanto con mezzi più retti, e gli fece avere le belve tanto desiderate (Vedi lett. CCLV).

49 Pare che Attico avesse fatto sapere a Lepta che Cicerone era soddisfattissimo del fatto suo.

50 Allude a quel suo stratagemma onde gabbò un malevolo tribuno che volea fraudarlo degli applausi del popolo il dì che dimise il suo glorioso consolato; la qual cosa andò così. Cicerone s'era apparecchiato a tenere un pubblico discorso l'ultimo giorno della sua carica consolare; ma siccome nes-

suno poteva parlare al popolo senza la permissione de' tribuni della plebe, Metello Nepote tribuno negandogliela lo costrinse a tacere. Cicerone ubbidì; ma nel presentarsi al popolo per giurare, com' era usanza: *che nel tempo ch' era stato in carica non avea avuto altro in mira tranne l' utilità pubblica*, egli, detta la formola consueta, soggiunse: *e giuro ancora che ho salvata Roma e la Repubblica*; delle quali parole il popolo attestò la verità con un romorosissimo applauso (Vedi lett. XIV; Orat. in Pis. 3).

